« Lorsqu'on le jugera, qu'il soit condamné. » Qu'il ne soit pas jugé, mais condamné. Là où il y a jugement, il y a lieu à condamnation; mais quand il y a condamnation, la sentence rend le crime manifeste. «Et que sa prière même se tourne en péché.» Le repentir de Judas a été un plus grand crime. Comment son repentir a-t-il ajouté à l'énormité du crime de Judas? Il s'en est allé et s'est pendu. Il avait trahi son Maître, ici il devient son propre meurtrier. Je le dis à l'honneur de la bonté de Dieu, il a plus offensé le Seigneur lorsqu'il s'est pendu, que lorsqu'il a trahi son divin Maître. Sa prière devait produire en lui un véritable repentir, elle s'est tournée en péché. Vous voyez un hérétique qui prie, vous voyez un juif, un manichéen; ils ont beau jeûner et prier, leur prière se tourne en péché.

« Que ses jours soient abrégés. » Ses jours ont été abrégés, et les nuits se sont accrues, car il a été enlevé au milieu de ses jours. Le soleil s'est retiré de lui, et les ténèbres se sont multipliées autour de lui. « Et qu'un autre reçoive sa charge.» Nous voyons dans les Actes des Apôtres l'explication évidente de ces paroles.(*Act.* I). Ce n'est pas seulement alors qu'elles ont été dites de Judas, elles le sont encore aujourd'hui, elles le seront jusqu'au jour du jugement. Si Judas a perdu son titre d'apôtre, que les prêtres et les évêques veillent avec soin sur eux-mêmes, pour ne point perdre leur sacerdoce. Si un apôtre a fait une telle chute, un religieux peut tomber bien plus facilement. La vertu ne périt point, lorsqu'un homme vient à tomber et périt. Cependant, le Seigneur ne donne son argent que s'il a la conviction d'en retirer de l'intérêt. Si cet argent ne fructifie pas au double, on le reprend pour le donner à celui qui en possède déjà; l'argent du Seigneur ne peut rester sans produire.

« Que ses enfants deviennent orphelins, et que sa femme soit sans époux. » Vous voyez que ces paroles renferment un sens caché et mystérieux. Quels sont les enfants de Judas? Les Juifs, et ils sont appelés Juifs non de ce Judas qui était un saint, mais du traître Judas. Nous venons de ce Judas qui était saint, nous Juifs spirituels;

Judæ. Sed et hoc considerandum : in illo tempore stabat a dextris Domini, ut adversaretur ei, quando Jesus habebat vestimenta sordida : sic enim et ibi scriptum est : Et Jesus habebat vestimenta sordida. Quamdiu habet Dominus Jesus vestimenta sordida, tamdiu stat diabolus a dextris ejus, quamdiu portat peccata nostra : in peccatis nostris, adversatur illi diabolus. Quando autem dicitur in Zacharia : Tollite vestimenta ejus sordida, et induite eum mutatoriis, continua dicit Jesus ad diabolum : Increpet Dominus in te, Satanas, increpet te qui elegit Jerusalem. Hoc totum ideo diximus ; quia scriptum est: « Et diabolus stet a dextris ejus. »

« Cum judicatur, exeat condemnatus. » Non veniat in judicium, sed in condemnationem. Ubi enim judicium est, ibi condemnatio : ubi autem condemnatio, jam manifesta est sententia. « Et oratio ejus fiat in peccatum.» Pœnitentia Judæ, pejus peccatum factum est. Quomodo pejus peccatum factum est pœnitentia Judæ? Ivit, et suspendio periit. Et qui proditor Domini factus est, hic et interemptor sui exstitit. Pro clementia Domini hoc dico : quia magis ex hoc offendit Dominum, quia se suspendit, quam quod Dominum prodidit. Oportebat orationem ipsius esse in pœnitentiam, et versa est in peccatum. Vides hæreticum orantem, vides Judæum, vides Manichæum: licet jejunent, licet orent, tamen oratio ipsorum vertitur in peccatum.

«Fiant dies ejus pauci.» Dies ejus pauci facti sunt: noctes vero creverunt ; receptus est enim in dimidio dierum suorum. Sol ab ipso recessit, et ecce tenebræ ei multiplicatæ sunt. « Et episcopatum ejus accipiat alter.» Hoc et in Actibus apostolorum manifestius interpretatum est. (*Act.* I). Non solum autem in illo tempore de Juda dictum est ; sed usque hodie dicitur, et usque in diem judicii. Si ipse Judas apostolatum perdidit, custodiant se sacerdotes et episcopi, ut non et ipsi suum sacerdotium perdant. Si apostolus cecidit, facilius monachus potest cadere. Virtus non perit, licet homo cadat et pereat. Tamen Dominus denarios suos dat sub fenore. Si ille non duplicaverit, accipitur pecunia ejus, et dabitur habenti ; pecunia Domini otiosa esse non potest.

«Fiant filii ejus orphani, et uxor ejus vidua.» Videte quia sacramenta sunt quæ dicuntur. Filios Judæ quos putas? Judæos ; et Judæi dicuntur non ab illo Juda sancto, sed ab isto proditore. Ex illo sancto nos sumus Judæi spirituales : ex illo autem prodi-

(1) C'est, au contraire, avant que Jésus ait échangé ses vêtements souillés contre un vêtement nouveau, qu'il tient ce langage à Satan. (*Zach.* III 1-3). (*Note du Trad.*)

mais les Juifs charnels viennent du traître Judas. Deux apôtres ont porté ce nom de Judas : le onzième, qui est appelé Judas fils de Jacques, et le dernier, qui est appelé Judas Iscariote ; c'est de ce Judas fils de Jacques que nous sommes appelés Juifs spirituels ; c'est du traître Judas que ceux-ci sont appelés Juifs charnels. Ce Judas qui est notre père est dit fils de Jacques, c'est-à-dire fils de celui qui supplanta, car nous avons supplanté le peuple juif, et nous avons reçu ses prérogatives d'aînesse ; ceux-là, au contraire, tirent leur nom de cet Iscariote, qui signifie, on ne sait trop, père ou métairie. Quelle que soit l'interprétation que vous en donnez, ce mot signifie récompense et prix. Donc Judas, qui devait trahir le Seigneur, et recevoir le prix de sa trahison, a reçu son nom du prix qu'il a reçu. Il a rendu ce prix aux prêtres des Juifs, mais ceux-ci l'ont eux-mêmes condamné, en ne voulant point recevoir le prix du sang versé. Voyez ici la contradiction où tombent les pharisiens, et l'infortune de Judas. Si vous avez acheté justement le sang de Jésus, pourquoi ne pas recevoir l'argent que vous avez donné ? Si, au contraire, vous refusez de le recevoir, parce que c'est le prix du sang, vous prouvez par là que vous avez commis une injustice, une iniquité, en répandant le sang. Mais voyez ce qu'ils font. Ils ne mettent pas cet argent dans le trésor, mais ils en achètent un champ qu'ils appellent *Haceldama*, c'est-à-dire le *prix du sang*. (*Matth.* XXVII). Et pourquoi l'achètent-ils ? Pour la sépulture des étrangers. Nous sommes heureux, nous pour qui ce champ est acheté avec le prix du sang du Seigneur. « Et que sa femme soit sans époux.« La synagogue, qui était d'abord l'épouse de Dieu, et dont il est dit : Et il lui donnera un écrit de répudiation. (*Deut.* XXIV). Et ailleurs, je l'ai reprise et je leur ai dit : Revenez à moi (*Jérem.* III) ; cette synagogue a donc été répudiée par le Sauveur, et elle est devenue l'épouse du traître Judas. Au résumé, qu'a-t-elle fait ? Elle n'a point reçu de dot, mais c'est elle qui a donné une dot à son mari. Mais, à son tour, ce misérable Judas qui a trahi le Seigneur ne veut point recevoir une dot criminelle, il rend à sa coupable épouse la dot qu'il en avait reçue. Et que dit-il ici ? Vous avez déplu à votre premier mari, il vous a répudiée, il vous a rejetée et vous a donné un écrit de répudiation ; je ne veux pas vous prendre pour épouse. Vous m'avez donné une dot, et vous m'avez trompé, et, après avoir mis à mort le Seigneur votre Dieu, vous me donnerez la mort à moi-même. Dans un autre sens, je ne puis découvrir dans l'Ecriture que Judas ait eu une épouse ou des enfants.

« Que ses enfants, vagabonds et errants, soient contraints de mendier. » Donnez ici l'attention la plus sérieuse aux paroles qui vont suivre, car elles sont difficiles à comprendre. Depuis le temps où Notre-Seigneur a été crucifié, les Juifs sont toujours en mouvement et ne tiennent pas

tore, isti sunt Judæi carnales. Denique duo sunt apostoli, qui vocantur Judæ vocabulo ; undecimus apostolus est, qui dicitur Judas Jacobi ; duodecimus autem est, et novissimus, qui vocatur Judas Iscariotes. Ex illo ergo Juda Jacobi, nos dicimur Judæi spirituales, ex isto autem Iscariote, illi dicuntur Judæi carnales. Ille Judas pater noster dicitur Jacobi, hoc est, Judas filius supplantatoris ; nos enim supplantavimus populum Judæorum et accepimus primitiva illorum, illi autem ex Iscariote dicuntur, quod dubium est, an patrem significet, an villam ejus. Cæterum quomodocumque interpretatus fueris, merces interpretatur et pretium. Igitur Judas qui proditurus erat Dominum, et pretium accepturus, de pretio nomen accepit. Licet reddiderit pretium sacerdotibus Judæorum, sed tamen illi condemnant eum, quoniam nolunt recipere pretium sanguinis. Videte dissensionem Pharisæorum et infelicitatem Judæ. Si bene emistis sanguinem Jesu, quare non recepistis pecuniam vestram ? Si autem non vultis recipere, quoniam pretium sanguinis est : ostenditis vosmetipsos injuste et inique effudisse sanguinem. Sed vide quid faciunt. Ipsam, inquit, pecunian non mittunt in corbonam, sed emunt ex ipsa agrum, et appellant eum Acheldemach, quod interpretatur, « pretium sanguinis. » (*Matth.* XXVII). Quare illum emunt? In sepulturam peregrinorum. Nos beati quibus de pretio sanguinis Domini ager emitur. « Et uxor ejus vidua. » Synagoga, quæ prima facta est uxor Dei, de qua dixit : Et dedit illi libellum repudii (*Deut.* XXIV), et iterum : Recepi eam, et dixi illi : Convertere ad me (*Jer.* III) ; illa ergo Synagoga repudium accepit a Salvatore, et facta est uxor Judæ proditoris. Denique quid fecit ? Non accepit dotem, sed dotem marito suo dedit. Iterum autem ille miserrimus Judas qui prodidit Dominum, non vult accipere malam dotem ; sed reddidit meretrici uxori malam dotem, quam accepit ab illa. Et quid dicit ? Displicuisti priori tuo marito, repudiavit te, et projecit, et dedit tibi libellum repudii ; ego nolo te habere in uxorem. Dedisti mihi pretium, et decepisti me ; et quæ interfecisti Dominum Deum tuum, interficies et me. Non possum enim in Scriptura invenire, quod Judas habuerit aut uxorem, aut filios.

« Nutantes transferantur filii ejus, et mendicent. » Diligenter considerate : siquidem difficilia sunt quæ sequuntur. Ex illo tempore ex quo Dominus crucifixus est, ex tunc semper moventur Judæi, non

en place. C'est ainsi qu'il est dit de Caïn : Et Caïn sortit de la présence du Seigneur, et il habita dans la terre de Nod (*Gen.* IV) ; or, Nod signifie *agitation*. C'était parce que Caïn était sorti de la présence du Seigneur qu'il ne put se tenir dans la voie droite, mais il habita dans la terre de Nod, c'est-à-dire dans l'agitation. De même les Juifs, parce qu'ils ont crucifié leur Seigneur et Dieu, sont condamnés à être vagabonds et errants. Ils ne sont pas dans leur patrie, mais ils sont dispersés dans tout l'univers. L'indigence dont on parle ici est l'indigence des richesses spirituelles. Ils n'ont plus ni prophètes, ni loi, ni sacerdoce, ni sacrifice, et sont réduits à une véritable indigence.

« Que l'usurier recherche tout son bien. » Vous lui avez donné de l'argent, Seigneur ; vous lui avez donné comme aux autres. Or, qu'a-t-il fait? Il ne l'a point enveloppé dans un linge, il ne l'a pas enfoui dans la terre, en ne le faisant point fructifier ; mais, dès qu'il fut en possession du talent et de l'argent du Seigneur, il reçut des ennemis de son Maître le prix de sa trahison, et il le leur vendit. (*Luc.* XIX). C'est pourquoi, je vous le demande, Seigneur, exigez de lui l'intérêt de votre argent. « Et que les étrangers ravissent le fruit de ses travaux. » Le Seigneur prête à intérêt, il exige ouvertement ce qui lui est dû, et qu'est-il arrivé ? Les étrangers ravirent le fruit de ses travaux, soit que nous l'entendions en général de tous les Juifs, qui ont été dévastés par les Romains, soit que nous l'entendions spécialement de Judas, qui a été dépouillé par les démons aussi bien que le peuple juif.

« Qu'il n'y ait personne pour l'assister, et que nul n'ait compassion de ses orphelins. » En ce temps, le peuple juif n'eut aucun auxiliaire. Répondez-nous, ô Juifs : vous avez été dans la Babylonie, vous y avez eu des prophètes, Daniel, Ezéchiel, et vous étiez alors de véritables idolâtres... Vous êtes restés soixante-dix ans en captivité, et vous êtes revenus ensuite dans votre patrie. Voilà maintenant quatre cents ans, comment se fait-il qu'aucun prophète ne vous ait été envoyé ? En ce temps, vous adoriez les idoles, et Dieu ne laissait pas d'avoir pitié de vous ; maintenant que vous avez cessé d'adorer les idoles, pourquoi le Seigneur vous a-t-il abandonnés ? et cela depuis quatre cents ans. Mais alors vous aviez abandonné le Seigneur, et vous adoriez les idoles; maintenant, vous avez crucifié le Seigneur, vous l'avez mis à mort, et c'est pourquoi il ne viendra pas à votre secours.

« Que son nom s'éteigne dans le cours d'une seule génération. » O prophétie ! ô mystère renfermé dans cette prophétie ! « Que son nom s'éteigne dans le cours d'une seule génération.» Après la passion du Sauveur, quarante-deux ans se sont écoulés, et ce peuple a été détruit, car l'âge parfait vient à quarante ans. Donc la quarante-deuxième année après la passion du Sauveur, Jérusalem a été détruite. Vous le voyez donc, dans le cours d'une seule génération, son

stant in suo loco. Denique dicitur et de Cain : Et exiit, inquit, Cain a facie Dei, et habitavit in terra Nod (*Gen.* IV) : Nod autem interpretatur « commotio » Quia egressus fuerat a facie Dei Cain : recte non stetit, sed habitavit in terra Nod, hoc est, in commotione. Ita igitur et isti, quoniam crucifixerunt Deum et Dominum suum, nutantes transferentur. Non enim sunt in suis locis ; sed in toto orbe divisi sunt. Mendicitatem hic dicit divitiarum spiritualium. Non enim habent prophetas, non habent Legem, non habent sacerdotium, non habent sacrificium, sed vere mendici facti sunt.

« Scrutetur fenerator omnem substantiam ejus. » Dedisti illi pecuniam, Domine : dedisti illi sicut et aliis. Ille autem quid fecit ? Non ligavit in sudario, et non infodit terræ, et negligens fuit ; sed ubi habuit talentum et pecuniam Domini, accepit pretium ab inimicis Domini, et vendidit Dominum suum. (*Luc.* XIX). Propterea tibi dico : Domine, exige ab illo fenus pecuniæ tuæ. « Et diripiant alieni labores ejus.» Feneratur Dominus, manifeste exigit, et quid factum est ? Alieni diripient labores ejus ; sive de omnibus Judæis generaliter intelligimus : quia vastati sunt a Romanis ; sive specialiter quod a dæmonibus direptus est Judas, et ipse populus.

« Non sit illi adjutor, nec sit qui misereatur pupillis ejus. » In illo tempore non habuit populus Judæorum adjutorem. Respondete mihi, o Judæi ; fuistis in Babylonia : habuistis ibi prophetas, Daniel, Ezechiel, et revera idololatræ eratis. Septuaginta annis fuistis in captivitate, et postea venistis in propria. Ecce nunc quadringenti anni, quare non est missus ad vos propheta ? In illo tempore idola colebatis, et miserebatur vestri Deus. Nunc autem non colitis idola, quare dereliquit vos Dominus ? Ecce quadragenti anni sunt. Sed tunc, dereliquistis Dominum, et idola colebatis : nunc autem Dominum crucifixistis et interfecistis, et ideo non erit vobis adjutor.

«In generatione una deleatur nomen ejus.» O prophetia, o sacramentum prophetiæ ! « In generatione una deleatur nomen ejus.» Post passionem Domini, quadraginta duo anni transierunt, et populus ille deletus est ; siquidem perfecta ætas quadragesimo anno venit. Post passionem ergo Domini, quadragesimo secundo anno deleta est Jerosolyma. Videte ergo quoniam in generatione una deletum est nomen

nom a été éteint. Mais admirons en cela encore la bonté du Seigneur : ils l'ont crucifié, et il leur a laissé pendant quarante ans le temps de faire pénitence. Je le dis sans détour : Il les a détruits après un espace de quarante-deux ans, parce qu'aucun de ceux qui avaient crucifié le Seigneur n'existait encore. Judas est maudit, afin que dans sa personne tous les Juifs soient également maudits.

« Que l'iniquité de ses pères revive dans le souvenir du Seigneur. » Ils ont péché dans le désert, vous leur avez pardonné. Maintenant, il leur impute ces péchés d'autrefois, parce qu'ils ont crucifié le Seigneur ; ou bien, selon une autre interprétation : il leur impute la cruauté de leurs homicides, et ne leur pardonne rien. « Et que le péché de sa mère ne soit point effacé. » Quelle est la mère de Judas? Jérusalem, qui se réjouit dans le sang, qui tua les prophètes, et son Seigneur lui-même.

« Parce qu'il ne s'est point souvenu de faire miséricorde. » Voyez combien la bonté du Seigneur est grande : Il voit Judas venir avec les serviteurs des princes des prêtres, il le voit venir avec des bâtons, et il lui offre le baiser. Judas vient pour trahir et le Seigneur lui donne le baiser pour vaincre par sa bouche celui que la crainte de son divin Maître n'a pu retenir.

« Il a persécuté l'homme pauvre et dans l'indigence, celui qui étant riche s'est fait pauvre pour nous. (I. *Cor.* VIII) Le Seigneur se proclame pauvre et dans l'indigence, et qui peut après cela se glorifier dans ses richesses ? Pauvres, vous avez une grande consolation, car le Seigneur lui-même a voulu être pauvre. « Afin de faire mourrir celui dont le cœur était percé de douleur. » Que veulent dire ces paroles : « Afin de faire mourir celui dont le cœur était percé de douleur ? » C'est ce qu'il déclare lui-même dans l'Évangile : Mon âme est triste jusqu'à la mort, et encore : Mon Père, s'il est possible que ce calice s'éloigne de moi. (*Matth.* XXVI). Dans un autre sens : Ce qui était pour moi un sujet de tristesse, et qui m'affligeait pour mes persécuteurs, c'est qu'ils refusaient de faire pénitence. J'étais suspendu sur une croix, je lavais de mon sang toutes leurs souillures, et ils refusaient opiniâtrément de faire pénitence. Voilà le sujet de mes larmes et de ma douleur, c'est de n'avoir pu sauver ceux qui me persécutaient.

« Délivrez-moi, parce je suis pauvre et indigent. » Le Seigneur se dit pauvre, afin de consoler les pauvres. Il s'est fait pauvre avec les hommes, afin qu'aucun d'eux ne méprisât les pauvres. « Et que mon cœur est tout troublé au dedans de moi. » Considérez ce qu'il dit ici : « Et que mon cœur est tout troublé au dedans de moi. » C'est ainsi qu'il dit dans un autre endroit : J'ai été troublé, et je n'ai point parlé. Si je suis troublé, cela vient de l'homme, mais triompher de ce trouble et de la colère, c'est un acte de puissance supérieure à l'homme. C'est pour cela que le prophète fait cette recommandation : Mettez-vous en colère et ne péchez pas. (*Ps.* IV).

ejus. Sed et in hoc clementia est Domini ; crucifixerunt eum, et quadraginta duos annos dedit eis ad pœnitentiam. Ego simpliciter dico : Propterea interfecit eos post quadraginta duos annos, quia ex illis qui crucifixerunt Dominum, nemo remanserat ex eis. Judas maledicitur, ut in Juda Judæi maledicantur.

« In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini. » Peccaverunt in deserto, dimisisti eis. Nunc reputat illis quod tunc peccaverunt, quoniam Dominus crucifixerunt. Sive aliter interpretemur : et reputat illis crudelitatem homicidiorum eorum, et nihil eis dimittit. « Et peccatum matris ejus non deleatur. » Quæ est mater Judæ ? Jerusalem, quæ in sanguine gaudet, quæ occidit prophetas et ipsum Dominum suum.

« Pro eo quod non est recordatus facere misericordam. » Videtis quanta clementia Domini est ! Videt eum cum ministris venientem ; videt eum venientem cum fustibus, et porrigit illi osculum. Ille veniet ad prodendum, et Dominus osculum dat, ut qui magistrum non timuit, vel clementia vinceretur.

« Et persecutus est hominem inopem et mendicum. » Qui cum esset dives, propter nos pauper factus est. (I *Cor.* VIII). Dominus inopem se dicit et mendicum, et quis in divitiis suis gloriatur ? Habetis consolationem, pauperes, et Dominus vobiscum pauper est. Et « compunctum corde mortificare. » Quid est quod dixit, « compunctum corde mortificare ? » Quod in Evangelio dixit : tristis est anima mea usque ad mortem. Et iterum quando dixit : Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. (*Matth.* XXVI). Aliter : Hoc dolebat mihi, et contristabar pro persequentibus me : quia nolebant pœnitentiam agere. Ego in cruce pendebam, et sanguine meo lavabam sordes eorum, et ipsi nolebant agere pœnitentiam. Hæ erant lacrymæ, hæc compunctio : quoniam persequentes me non potui salvare.

« Libera me, quia egenus et pauper sum ego. » Dominus se pauperem dixit, ut pauperes consoletur. Cum hominibus pauper factus est, ut saltem nemo pauperem despiceret. « Et cor meum conturbatum est intra me. » Videte quid dicat : « Et cor meum conturbatum est. » Ipsum est quod alibi dicit : Turbatus sum intra me et non sum locutus. Quod turbor, hominis est : vincere autem turbationem et iram, hoc magnæ

« Se mettre en colère est un acte propre à l'homme, » mais ne point persévérer dans la colère est une vertu du chrétien.

« J'ai été secoué de côté et d'autre comme les sauterelles. » J'étais venu pour être le protecteur de mon peuple, et je lui ai dit: Jérusalem, Jérusalem, qui tues les prophètes, et lapides ceux qui te sont envoyés, combien de fois ai-je voulu rassembler tes enfants comme une poule rassemble ses petits sous ses ailes! (*Matth.* XXIII). J'étais venu les protéger comme une poule protège ses petits; mais ils m'ont reçu avec les dispositions les plus hostiles. J'étais venu comme une mère, et ils m'ont mis à mort comme un homicide. « J'ai été secoué. » Que veulent dire ces paroles? Ils m'ont persécuté, ils m'ont rejeté. Ils m'ont persécuté lorsque j'étais à Nazareth; je suis venu à Capharnaüm; ils ont continué de me poursuivre. De Capharnaüm, je suis venu à Bethsaïde, et ils m'ont encore forcé d'en sortir. Je suis venu à Jérusalem; je ne voulais pas m'éloigner de mon peuple, et ils m'en ont chassé, et ils m'ont traité comme les sauterelles. Et qu'ai-je fait alors? Me suis-je irrité contre eux? me suis-je défendu? les ai-je maudits? les ai-je abandonnés? Non, je n'ai rien fait de tout cela; qu'ai-je fait? J'ai prié pour eux.

« Mes genoux sont affaiblis par le jeûne. » Quelle consolation pour vous, lorsque vous jeûnez, ô moine, puisque le Seigneur a daigné jeûner lui-même. Quand un moine jeûne, je le dis hautement, il devient plus fort par le jeûne, et c'est alors que ses genoux sont affaiblis par le jeûne qu'il se sent plus fortifié. « Et ma chair a été changée à cause de l'huile. » J'ai à expliquer un passage difficile, et je l'explique à la lettre, pour édifier ceux qui m'écoutent. Le sens littéral m'édifie: il est bon de jeûner, il est bon de faire ce qui flatte le corps. Avant d'en venir au sens spirituel, je m'étonne que dans le sens littéral il dit qu'il se nourrit d'huile, il rejette bien loin tous les autres désirs. Je fais cette observation, parce qu'il dit: « Et ma chair a été changée à cause de l'huile. » J'ai donné une autre interprétation de ces paroles. Voici ce qu'il veut dire: L'huile, c'est l'image de la clarté; l'huile est comme l'aliment de la lumière. Les Juifs ont donc reçu de moi l'huile, ils ont reçu la vie, ils ont reçu la lumière. Et afin qu'on ne pense point que l'huile est ici la figure de la miséricorde, le mot hébreu signifie une huile spirituelle. Ce changement dont il parle n'a pas pour effet la joie, mais la tristesse, une cause non de beauté, mais de flétrissure et de laideur. C'est dans ce sens que le prophète dit: Nous l'avons vu, et il n'avait ni éclat, ni beauté (*Isaï.* LIII). Pourquoi? Parce que sa chair était changée à cause de l'huile. Il ne recherchait pas les délices du corps, mais celles de l'Esprit de Dieu. Et nous aussi, lorsque nous jeûnons, lorsque nos visages sont pâles, quand notre aspect est comme défiguré, comprenons que c'est alors que nous

virtutis est. Propterea dicit et propheta: Irascimini, et nolite peccare. (*Psal.* IV). « Irasci hominum est »: non remanere in ira, Christiani est.

« Excussus sum sicut locustæ. » Ego quidem veneram, ut protegerem populum meum, et dixi: Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas, et lapidas eos qui ad te missi sunt: quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas. (*Matth.* XXIII). Ego veneram ut gallina ad protegendum eos: illi autem inimicissima mente susceperunt me. Ego veneram ut mater, et illi quasi homicidam suam me interfecerunt. « Excussus sum. » Quid est hoc? persecuti sunt me, projecerunt me. Persecuti sunt me de Nazareth: veni in Capharnaum, persecuti sunt me. De Capharnaum ivi in Bethsaidam, et inde me persecuti sunt. Veni in Jerusalem, nolebam recedere a populo meo, et inde me persecuti sunt, et sic me habebant quasi locustas. Et quid feci? Iratus sum, defendi memetipsum, maledixi eos, et dereliqui illos? Nec unum horum feci; sed quid feci? Oravi pro ipsis.

« Genua mea infirmata sunt a jejunio. » Habete consolationem, o monache, jejunando: siquidem et Dominus hoc fecit. Ego dico quod quando jejunat monachus, fortior sit jejunio; et quando infirmantur genua ejus jejunio, tunc maxime roboratur. « Et caro mea immutata est propter oleum. » Rem videor difficilem dicere, et secundum litteram interpretor, ut ædificem audientes. Ædificat enim me littera; bonum est jejunare, bonum est fugere delicias. Antequam veniam ad spiritualem intelligentiam, miror in littera, quod dicit oleum se manducare; longe est a cæteris desideriis. Hoc totum dixi, quia dixit: « Et caro mea immutata est propter oleum. » Hoc aliter interpretatus sum. Cæterum quod dicit, hoc est: Oleum, imago claritatis est: oleum quasi esca est luminis. Ita igitur et Judæi acceperunt a me oleum, acceperunt vitam, acceperunt lumen. Ne quis existimet, quod oleum dicat pro misericordia: in Hebræo significat, intelligibile oleum. Immutatus est, non in gaudium, sed in tristitiam: non ut pulchrior inveniatur, sed ut fœdior appareat. Propterea dicit: Vidimus eum, et non habebat pulchritudinem. (*Isai.* LIII). Quare? Quia caro ipsius immutata est propter oleum. Non habebat delicias corporis, sed Dei spiritus. Et nos ergo quando jejunamus, quando facies nostræ pallidæ sunt: quando fœdi videmur, cognoscamus nosmetipsos tunc pulchiores apparere.

apparaissons aux yeux du Christ dans toute notre beauté. Le Christ aime des soldats qui s'appliquent au jeûne ; nos subsides, notre nourriture, c'est le jeûne. Pourquoi ? Parce que le jeûne est le principe de la victoire, et que la victoire est le gage du triomphe. C'est ainsi que l'Apôtre se glorifie non dans son abondance, mais dans son infirmité. (I. *Cor.* IV). Lorsque je suis faible, dit-il, c'est alors que je suis fort. (II. *Cor.* XII).

« Je suis devenu pour eux un sujet d'opprobre. » En effet, ils me traitaient de samaritain et disaient : C'est au nom de Beelzébub, prince des démons, qu'il chasse les démons. (*Jean.* IIIV). Est-ce que ce n'est pas là le fils de Joseph l'artisan? Est-ce que ses frères et ses sœurs ne sont pas parmi nous ? (*Luc.* XI). Et encore : Toi qui détruis le temple de Dieu, et le rebâtis en trois jours. (*Marc.* XV). Et encore : Voyons si Elie viendra le délivrer. Notre-Seigneur disait : Elie, Elie, c'est-à-dire mon Dieu, mon Dieu (*Matth.* XVII), et ils s'imaginaient qu'il appelait Elie. Voyez combien les Juifs étaient ignorants : le Fils de Dieu demandait le secours d'Elie ! « Ils m'ont vu, et ils ont branlé la tête. » Pourquoi ont-ils branlé la tête ? Parce que leurs pieds étaient déjà ébranlés.

« Sauvez-moi selon votre miséricorde. » Il dit dans son Évangile : J'ai le pouvoir de quitter la vie, et j'ai le pouvoir de la reprendre. (*Jean.* X). Et encore : Personne ne m'ôte la vie. Comment donc implore-t-il ici la miséricorde ? C'est lui qui répand sur nous sa miséricorde, et il implore la miséricorde ; il l'implore en tant qu'homme, il la répand en tant que Dieu.

« Et qu'ils sachent que c'est l'œuvre de votre main, et que c'est vous, Seigneur, qui faites ces choses. » Que signifient ces paroles : « Et qu'ils sachent que c'est l'œuvre de votre main, et que c'est vous, Seigneur, qui faites ces choses ? » Que les Juifs comprennent qu'ils n'ont pu l'emporter sur moi, mais que c'est par un effet de votre volonté et de la mienne que je souffre ; j'ai voulu souffrir, c'est pourquoi je dis en tant qu'homme : Mon Dieu, je l'ai voulu, pour accomplir votre volonté, et c'est par un effet de votre volonté et de la mienne que j'ai souffert la mort, et non parce qu'ils l'ont voulu. Ce n'est donc ni leurs complots criminels, ni leur force, qui ont été cause de ma mort, c'est votre volonté et la mienne ; car vous avez frappé le pasteur et les brebis ont été dispersées. (*Zach.* XIII). Si j'ai souffert, c'est parce que vous et moi l'avons voulu ; ce que vous avez voulu, je l'ai voulu moi-même. Il était nécessaire que le scandale arrivât ; cependant, malheur à celui par qui le scandale arrive. (*Matth.* XVIII).

« Ils me maudiront, et vous me bénirez. » C'est ce qui continue de se faire jusqu'à ce jour. Ils maudissent le Christ dans leurs synagogues, et Dieu le bénit dans l'Eglise. « Que ceux qui s'élèvent contre moi soient confondus ; mais, pour votre serviteur, il sera rempli de joie. Ils s'élèvent contre moi, mais moi, votre serviteur, je serai dans la joie. Pourquoi dit-il votre serviteur ?

Christo. Tales diligit milites Christus, qui jejuniis vacent ; annona nostra et esca jejunium est. Quare ? Quia in jejunio victoria est, et in victoria triumphus. Denique et Apostolus non in saturitate, sed in infirmitate gloriatur (I *Cor.* IV) : Quando enim infirmor, tunc fortior sum (II *Cor.* XII).

« Et ego factus sum opprobrium illis. » Vocabant enim me Samaritanum, et dicebant : In Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia. (*Joan.* VII). Nonne hic est filius Joseph fabri ? Nonne fratres ejus et sorores omnes apud nos sunt. (*Luc.* XI) Et iterum : Qui solvis templum, et in tribus diebus ædificas illud. (*Marc.* XV). Et iterum : Videamus si venit Elias salvare eum. Ille vocabat : Eli, Eli : quod est Deus meus, Deus meus (*Matth.* XXVII), et illi Eliam putabant. Videte ineruditos judæos : Filius Dei Eliæ auxilium petebat? « Viderunt me et moverunt capita sua. » Quare moverunt capita sua ? Quia et pedes jam moverant.

« Salvum me fac propter misericordiam suam. » Dicit et in Evangelio : Potestatem habeo ponendi animam meam, et iterum resumendi eam. (*Joan.* X). Et iterum : Nemo tollit eam a me. Et quomodo misericordiam petit ? Ipse misericordiam petit, et ipse tribuit ; ipse ut homo rogat, et ut Deus tribuit.

« Et sciant quia manus tua hæc, et tu, Domine, fecisti eam. » Quid est quod dicit : « Et sciant quia manus tua hæc, et tu, Domine, fecisti eam ? » Intelligant Judæi quoniam ipsi non prævaluerunt in me : sed mea et tua voluntas facta est ut patiar, et ego volui pati : propterea dico secundum quod homo sum : Deus meus, ut facerem voluntatem tuam, volui : et tua voluntas erat et mea ut patiar, non illorum. Ergo non insidiæ et fortitudo fecit : sed ego et tu voluimus ut patiar. Tu enim percussiti pastorem tuum, et oves dispersæ sunt. Hoc scriptum est in Zacharia : Percutiam pastorem, et dispergentur oves. (*Zach.* XIII). Quod ut patiar, mea volontas fuit et tua. Quod tu voluisti, et ergo volui. Oportebat venire scandalum, sed væ per quem venit. (*Matth.* XVIII).

« Maledicent illi, et tu benedices. » Usque hodie hoc fit : Illi maledicunt in synagoga, et Dominus benedicit in Ecclesia. « Qui insurgunt in me, confundantur : servus autem tuus lætabitur. » Illi insurgunt in me : ego autem servus tuus lætabor. Quare autem servus tuus ? Quoniam qui cum in forma Dei esset, non

Parce qu'étant dans la nature de Dieu, il n'a pas regardé comme une usurpation de s'égaler à Dieu, et cependant il s'est anéanti jusqu'à prendre la forme d'esclave. (*Philip.* II).

« Que ceux qui me calomnient soient couverts de honte. » Il nous est très utile de comprendre ce que nous disons ; la bonté de Dieu éclate dans ces paroles : Qu'ils soient couverts de honte. » Il ne dit pas qu'ils périssent, qu'ils soient détruits pour l'éternité ; mais que dit-il ? Qu'ils soient couverts de honte, c'est-à-dire qu'ils comprennent leur erreur, et qu'ils en soient confondus, et qu'ils s'abaissent jusqu'à faire pénitence. Celui qui est couvert de honte est bien près du salut ; la confusion véritable est le commencement de la pénitence. O moines, faites ici une sérieuse attention : si parfois vous avez quelque chose contre votre frère, vous devez prier continuellement pour lui le Seigneur. Le Seigneur est crucifié, et il prie pour ceux qui l'ont attaché à la croix. Vous donc, si vous entendez une parole blessante, n'en conservez point de ressentiment. Que le soleil ne se couche pas sur votre colère. (*Ephés.* V) « Et qu'ils soient enveloppés de leur confusion comme d'un double manteau. » Le mot *diplois* est un genre particulier de manteau, qui dans l'hébreu est appelé *mail*. On l'appelle en latin *diplois*, parce que ce manteau est double. Voici donc, Seigneur, la prière que je vous fais : Les Juifs sont mes ennemis ; ils m'ont persécuté, ils m'ont crucifié, ils m'ont fait tout le mal possible, ils ont blasphémé mon nom ; pardonnez-leur, parce que moi, qui ai souffert, je vous le demande pour eux. Et qu'est-ce que je demande ? Qu'ils rougissent et soient couverts de confusion, et qu'ils soient ainsi sauvés. Ils m'ont dépouillé de ma tunique, et ils ont perdu leur propre tunique. Couvrez-les de honte, couvrez-les d'ignominie, et qu'ils aient ainsi un double manteau, c'est-à-dire que leur confusion ne soit pas simple, qu'elle soit double, afin qu'elle les porte plus efficacement à la pénitence. Ce n'est point contre les Juifs qu'il fait cette prière, c'est en leur faveur ; car il est leur Créateur comme il est le nôtre, et il ne les a pas détruits sans retour. En voulez-vous une preuve ? Pierre était un d'entre eux, aussi bien que tous les autres apôtres. Nous avons été greffés sur leurs racines ; nous sommes les rameaux, ils sont la racine ; nous ne devons pas maudire la racine, mais nous devons prier pour ces racines sur lesquelles nous avons été greffés. Nous qui avons été greffés sur la racine, prions le Seigneur qu'il sauve la racine, comme il a sauvé les branches. On me dira peut-être : Quoi ! vous priez pour ces Juifs blasphémateurs ? Oui, je prie le Seigneur pour eux, car s'il a été miséricordieux pour ses persécuteurs, combien le sera-t-il plus pour moi ?

« Je glorifierai le Seigneur de toute la puissance de ma voix. » C'est après la résurrection qu'il s'exprime ainsi, et c'est l'Église future qu'il a en vue. « Et je vous louerai au milieu d'une grande assemblée. » Car ce n'est pas seulement dans

rapinam abitratrus est esse se æqualem Deo ; sed exinanivit semetipsum, formam servi accipiens. (*Philipp.* II).

« Induantur qui detrahunt mihi pudore. » Valde nobis prodest intelligere quod dicimus : Clementia Dei in hoc apparet, in dicendo, « induantur. » Non dicit, pereant : non dicit, deleantur in æternum ; sed quid dicit ? Confundantur, hoc est, intelligant errorem suum, et confundantur, et deficiant in pœnitentia. Qui induitur pudore, prope est saluti : si quis enim vere confunditur, incipit pœnitere. Considerate, o monachi, si aliquando habueritis aliquid contra fratrem vestrum, semper pro ipso rogare debetis Dominum. Dominus crucifigitur, et pro crucifigentibus rogat. Vos autem, si audieritis verbum malum, ne teneatis iram ? Sol non occidat super iracundiam vestram. (*Ephes.* V) « Et operiantur sicut diploide confusione sua. » Diplois genus est palii ; denique et in Hebraico MAIL (מעיל) dicitur. Diplois ideo, quia duplex est palium. Propterea ego dico tibi ; Domine, inimici mei sunt Judæi : persecuti sunt me, crucifixerunt me, fecerunt mihi omnia mala, blasphemaverunt me ; indulge illis : quoniam ergo qui passus sum, rogo pro ipsis. Et quid rogabo ? Erubescant et confundantur, et sic salventur. Nudaverunt me tunica mea, et suam perdiderunt. Da illis confusionem, da illis ignominiam, et habeant duplex pallium, hoc est, ne simplicem habeant confusionem, sed duplicem, ut magis agant pœnitentiam. Non dicit contra Judæos, sed pro ipsis dicit ; creator enim est, et illorum, et noster, non enim eos omnino eradicavit. Vultis scire ? Petrus ex ipsis erat, et omnes apostoli ex ipsis erant. Nos in radicem ipsorum inserti sumus ; nos rami sumus, illi radix ; non debemus maledicere radicibus, sed debemus orare pro radicibus nostris. Qui inserti sumus in radicem, deprecemur Dominum, ut sicut hi rami salvi facti sunt, sic et radix salvetur. Forte aliquis dicat : Tu pro Judæis oras blasphemis ? Oro Dominum pro ipsis ; si enim ipse persecutorum suorum miseretur, quanto magis mei miseretur, quanto magis mei miseretur ?

« Confitebor Domino nimis in ore meo. » Hoc post resurrectionem dicitur, et de futura Ecclesia cantatur. « Et in medio multorum laudabo eum. » Non enim in Judæ a solum, sed in universo orbe, in Ecclesia laudabo te.

la Judée, mais dans l'univers tout entier, au milieu d'une grande assemblée, que je vous louerai.

« Parce qu'il s'est tenu à la droite du pauvre.» Le diable s'est tenu à la droite de Judas ; mais le Seigneur s'est tenu à ma droite, « afin de sauver mon âme de ceux qui la persécutent. » Il sauvera mon âme. Il dit aillleurs : Mon âme est triste jusqu'à la mort. Celui qui est triste est doué de sentiment, car une âme insensible n'a pas de sentiment, elle n'a ni sentiment, ni douleur ; car là où il y a douleur et tristesse, il y a sentiment. Si donc il a eu de la tristesse, s'il a eu de la douleur, il a eu aussi le sentiment de la douleur. Si donc on vient nous dire : Nous disons qu'il n'a pas eu de sentiment, afin qu'il ne paraisse point avoir eu de péché, nous répondrons : A-t-il eu ou n'a-t-il pas eu un corps comme le nôtre ? S'ils disent qu'il a eu ce corps, nous leur dirons : Donc, il a eu les passions propres à notre corps. Que chacun comprenne bien ce que je dis. Si, au contraire, ils nient qu'il ait eu les passions de notre corps, nous en conclurons qu'il n'a pas eu un corps semblable au nôtre. Disons leur encore : De même qu'il a eu un corps véritable comme le nôtre, sans avoir le péché du corps, ainsi il a eu une âme véritable, sans avoir les péchés de l'âme. Confessons donc qu'il a eu un corps véritable et une âme véritable ; car si le Seigneur n'avait pas pris sur lui tout ce qui est propre à l'homme, il n'eût pas sauvé l'homme. Mais s'il a pris un corps, sans prendre l'âme, il a donc sauvé le corps sans sauver l'âme. Or, nous aimons beaucoup mieux voir notre âme sauvée que notre corps. Jésus a donc pris tout ensemble et un corps et une âme pour sauver l'un et l'autre, pour sauver l'homme tout entier, tel qu'il l'a créé. Si donc ils disent que Notre-Seigneur n'a pas voulu avoir de sentiment pour ne point pécher, ils s'imaginent donc que quiconque a ce sentiment propre à l'homme ne peut en être victorieux ? Qu'ils nous disent si Jean-Baptiste a eu oui ou non du sentiment. Alors qu'il était au désert, a-t-il péché ? Ils répondront qu'il n'a point péché. Notre-Seigneur nous a déclaré d'ailleurs qu'entre tous ceux qui étaient nés de la femme, nul n'était plus grand que Jean-Baptiste. (*Matth.* XI). Pierre et les autres apôtres ont-ils eu oui ou non le sentiment ? Si donc les apôtres ont pu vaincre ces sensations propres à l'homme, le Seigneur aurait craint de prendre cette faculté dans la crainte d'en être vaincu ? C'est ainsi qu'en voulant glorifier le Seigneur, ils diminuent sa gloire. Comment cela ? En donnant à penser que le Seigneur a eu une crainte à laquelle les apôtres n'ont pas été accessibles. Donc, rendons grâces au Dieu tout puissant et disons lui : Vos sensations ont été exemptes de péché ; le prince de ce monde est venu et n'a trouvé en vous rien qui fût à lui. (*Jean* XIV). Accordez-nous donc que, de même vous avez vaincu le démon dans vos sensations,

« Quia astitit a dextris pauperis. » Diabolus ad dexteram Judæ stetit : cæterum mihi « Dominus » stetit ad dexteram. « Ut salvam faceret a persequentibus animam meam. » Animam, inquit, salvabit. Et alibi dicit : Tristis est anima mea usque ad mortem. (*Matth.* XXVI). Qui tristis est, sensum habuit ; insensibilis enim anima sensum non habet ; insensibilis anima non habet sensum, neque dolorem ; ubi enim dolor est et tristitia, ibi sensus est. Si ergo habuit tristitiam, si habuit dolorem, ergo habuit et sensum doloris. Si ergo voluerint nobis dicere : Propterea non dicimus eum habuisse sensum, ut non videatur habere peccatum, nos illis respondeamus : Habuit corpus sicut et nos, aut non habuit ? Si dixerint, Habuit : respondeamus illis : Ergo habuit et passiones corporis nostri. Intelligat unusquisque quod dico : Si autem negaverint eum habuisse passiones corporis, ergo dicimus illi, quod nec corpus habuit. Et nos dicamus illis : Sicut corpus habuit verum, sicut et nos, et non habuit, et peccata animæ non habuit. Nos ergo confiteamur verum corpus eum habuisse, et veram animam. Si enim non suscepit Dominus cuncta quæ hominis sunt, non salvabit hominem. Si autem suscepit corpus, animam autem non suscepit, ergo corpus salvavit, animam autem non salvavit. Nos autem volumus magis salvari animam nostram quam corpus. Suscepit ergo Jesus, et corpus, et animam ut utrumque salvet, ut perfectum hominem salvet, sicut et cum condidit. Si ergo dicunt illi : quia ideo Dominus non accepit sensum ut non peccaret : et hoc putant, quod quicumque sensum habuerit humanum, vincere eum non potest ; dicant nobis : Joannes Baptista habuit sensum, an non habuit ? Illo tempore quo erat in deserto, peccavit ? Utique dicunt, quia non peccavit. Denique et Dominus noster dicit : Amen dico vobis, non fuit inter natos mulierum major Joanne Baptista. (*Matth.* XI). Petrus habuit sensum, an non habuit, et cæteri sancti apostoli ? Si ergo apostoli vicerunt sensum humanum, Dominus timuit accipere sensum, ne vinceretur ab illo ? Et dum volunt glorificare Dominum, detrahunt illi. Quomodo illi detrahunt ? Ut videatur timere Dominus, quod apostoli non timuerunt. Nos ergo gratias agamus omnipotenti Deo, et dicamus : In sensu tuo non habuisti peccatum : et venit princeps hujus mundi, et invenit in te nihil. (*Joan.* XIV). Ita ergo præstes nobis, sicut in tuo sensu vicisti diabolum, et in sensu nostro vince dia-

nous puissions le vaincre nous-mêmes, afin que vous puissiez nous sauver avec toutes les facultés que vous nous avez données en nous créant, car vous êtes notre Créateur, notre Maître, notre Seigneur, vous êtes aussi Celui qui avez souffert pour nous et qui régnez dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

PSAUME CIX.

« Psaume de David. » Ce Psaume contient une prophétie qui a pour objet le Christ. Le prophète s'exprime donc ainsi :

« Le Seigneur a dit à mon Seigneur : Mettez-vous à ma droite.» C'est David qui parle, David, un prophète, un saint, un roi. Que dit donc ce roi, que dit ce roi et ce prophète ? « Le Seigneur a dit à mon Seigneur. » Le Sauveur a expliqué lui-même ces paroles dans son Evangile, lorsqu'il a dit : Si le Christ est le fils de David, comment David qui était son père l'appelle-t-il son Seigneur ? (*Matth.* xii). Quelqu'un dira : Donc, il n'est pas fils de David ? Notre-Seigneur parlait aux pharisiens, qui reconnaissaient que le Christ était simplement et exclusivement fils de David. Quant à moi, voici ce que je dis aux Juifs et à Photin : S'il est fils de David, comment appelle-t-il son fils son Seigneur ? A celui qui confesse qu'il est le Seigneur Dieu, et le Fils de Dieu (par exemple, aux Manichéens, qui nient qu'il soit le fils de David,) je prouve qu'il est véritablement le fils de David. Pour nous, celui qui est Fils de Dieu est en même temps fils de David ; le Fils de Dieu n'est pas autre que le fils de David. Je ne fais pas deux personnes dans le Dieu et dans l'homme, celui qui est le Fils de Dieu est en même temps fils de David. « Le Seigneur a dit à mon Seigneur : Asseyez-vous à ma droite. » Dans l'hébreu, le premier nom de Seigneur est écrit avec ces lettres יהוה *Jéhovah*, nom qui n'est jamais attribué qu'à Dieu. Le second nom de Seigneur אדני *adonai*, est écrit avec les lettres dont les hommes se servent pour désigner celui qui est leur Seigneur, leur Maître : c'est ainsi que les serviteurs appellent leur maître, et que les rois sont appelés seigneurs et maîtres. Il est commandé à ce Seigneur de s'asseoir, mais ce n'est pas comme Dieu qu'il s'asseoit, c'est à raison du corps dont il s'est revêtu. C'est donc à celui qui est homme, qui a pris la nature humaine que Dieu commande de s'asseoir. Ce que nous disons ici est contre les ariens et contre ceux qui disent : Le Père qui commande de s'asseoir est plus grand que celui à qui il commande. Tous les Evangiles parlent de la personne de l'homme, et il n'est point besoin ici d'autre preuve, car toutes les actions qui paraissent inférieures se rapportent à l'homme et à la chair. Continuons maintenant l'explication du Psaume.

« Le Seigneur fera sortir de Sion la verge de votre puissance. » Dans le texte hébreu, c'est plutôt un sceptre qu'une verge, c'est-à-dire le

bolum, ut quemadmodum perfectos nos creasti, perfectos et salves nos. Tu es enim Creator, tu es Magister, tu es Dominus, tu es et qui pro nobis passus es : qui vivis et regnas in sæcula sæculorum. Amen.

PSALMUS CIX.

« Psalmus ipsi David. » Iste psalmus vocem vatis continet de Christo loquentis. Ait ergo propheta :

« Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis. » David est qui loquitur, propheta, vir sanctus, rex. Rex ergo quid dicit ? Rex et propheta quid dicit ? « Dixit Dominus Domino meo. » Istum locum Salvator in Evangelio exposuit, dicens : Si Christus est, inquit, filius David : quomodo in spiritu vocat eum Dominum ? (*Matth.* xxii). Vides ergo quid dicat : Si filius est David, quomodo vos dicitis : Quomodo in spiritu vocat eum Dominum ? Dicat aliquis : Ergo non est filius David ? Hoc dicebat de Pharisæis, qui simplicem filium David, confitebantur Christum. Ego ad Judæum et Photinum hoc ipsum dico : Si filius est David, quomodo vocat filium suum Dominum ? Qui autem Dominum Deum confitetur, et Dei Filium (verbi gratia Manichæus, qui negat illum filium David), apud illum probo quod filius David est. Nobis ergo qui Filius Dei est, ipse est et filius David ; non alius Filius Dei et alius filius David. Non facio duas personas in Deo, et homine, sed ipse qui Filius Dei, ipse est et filius David. « Dixit Dominus Domino meo : Sede a dextris meis. » In Hebræo primum nomen (יהוה), Domini, his litteris scribitur : quibus de Deo tantum scribitur. Secundum vero nomen Domini (אדני) his litteris scribitur, quibus solent homines Dominum vocare : quomodo et a quibusdam vocatur Dominus a servo, et reges vocantur Domine. Vide ergo quid dicat : « Dixit Dominus Domino meo. » Huic Domino, cui præcipitur ut sedeat, Deus non sedet assumptio corporis sedet. Huic ergo præcipitur ut sedeat qui homo est, qui assumptus est. Hoc adversus Arianos dicimus, et adversus eos quid dicunt : Major est pater qui jubet ut sedeat, quam ille cui jubetur. Omnia Evangelia personant de persona hominis, et nunc non necesse est approbatio : quia omnia quæcumque vilia videntur, referentur ad hominem, referuntur ad carnem. Nunc de Psalmo dicamus.

« Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. » Virgam in Hebræo non tam habet, quam sceptrum, hoc est, insigne regiæ potestatis. « Virgam virtutis tuæ

signe distinctif de la puissance royale. « Le Seigneur fera sortir de Sion le sceptre de votre puissance, » car c'est de Sion que sort la loi, et la parole du Seigneur de Jérusalem. (*Isaï* XXIII). « Dominez au milieu de vos ennemis. » Il ne dit pas : Mettez à mort vos ennemis, mais quoi ? « Régnez au milieu de vos ennemis. » Faites de vos ennemis que ceux qui vous étaient hostiles deviennent dévoués à votre personne. « Régnez au milieu de vos ennemis, » de ces ennemis dont il est écrit au Psaume soixante-septième : La langue de vos chiens sera rougie du sang de vos ennemis. Ce sont ces ennemis qui étaient assujettis à une puissance étrangère. Maintenant donc le psalmiste fait cette prière : Régnez sur vos ennemis, daignez être le Seigneur de vos ennemis.

yeux de la servante sont fixés sur les mains de sa maîtresse, de même nos yeux sont dirigés vers le Seigneur notre Dieu, jusqu'à ce qu'il ait pitié de nous. » Nous sommes des serviteurs, nous sommes aussi des servantes, et Dieu est tout à la fois notre maître et notre maîtresse. Prêtez-moi votre attention, bien-aimés frères : Il n'y a rien d'étonnant que nous soyons les serviteurs de Dieu, ni qu'il soit notre maître ; mais il est surprenant que nous soyons ses servantes et qu'il soit notre maîtresse. Mais non, il n'y a encore rien d'étonnant que nous soyons ses servantes, car nous sommes l'Eglise, et il ne faut pas nous étonner qu'il soit notre maîtresse, car il est la force et la sagesse de Dieu. Ecoutez l'Apôtre vous dire : Nous prêchons Jésus-Christ crucifié, scandale pour les Juifs, folie pour les gentils ; mais pour ceux qui sont appelés parmi les Juifs et les gentils, le Christ est la puissance de Dieu, le Christ est la sagesse de Dieu. (I *Cor.* I). Lorsque nous sommes en butte à mille persécutions de divers genres, il faut que nous tenions constamment les yeux de notre âme sur le secours de Dieu, jusqu'à ce qu'il nous ait accordé sa miséricorde.

« Ayez pitié de nous, Seigneur, ayez pitié de nous, parce que nous sommes rassasiés de mépris, » c'est-à-dire de désespoir de voir les saints ainsi méprisés par les méchants.

« Oui, notre âme est rassasiée ; elle est un sujet d'opprobre pour ceux qui sont dans l'abondance et de mépris pour les superbes. » Il ne veut point parler seulement des riches, mais de ceux qui abondent en méchanceté et qui méprisent les pauvres de Jésus-Christ. Les riches méprisent les pauvres, et les superbes méprisent les humbles, et ils vomissent mille outrages contre la sainte Eglise.

PSAUME CXXIII.

« Psaume des degrés. » Dans ce psaume qui est le cinquième degré, le psalmiste nous apprend que l'homme juste qui fait de nouveaux progrès est celui qui levant les yeux de son âme vers Celui qui habite dans les cieux, triomphe ainsi de toutes les embûches qui lui sont dressées par la malice du démon. Il commence ainsi :

« Si le Seigneur n'eût été au milieu de nous, dit maintenant Israël.» Le Seigneur habite véritablement en nous, si nous arrêtons sur lui, par la contemplation, les regards d'une âme pure de tout péché. « Si le Seigneur n'eût été au milieu de nous, lorsque les hommes s'élevaient contre nous, ils nous auraient dévorés tout vivants. » Ce ne sont pas nos chairs que les impies se sont efforcés de dévorer, ce sont nos âmes, qu'ils cherchent à engloutir en les excitant au crime ; mais nous en avons été délivrés par Celui qui habite en nous. Grâces donc lui en soient rendues, car c'est par sa grâce que nous avons été sauvés.

« Lorsque leur fureur s'est irritée contre nous, peut-être les eaux nous auraient engloutis ; » les agitations violentes des esprits vendus au mal, qui cherchent à engloutir les saints de Dieu,

suæ : sic oculi nostri ad Dominum Deum nostrum quoadusque misereatur nostri. » Et servi sumus, et ancillæ sumus : ille Dominus et domina est. Attendat charitas vestra. Non mirum si servi sumus et ille Dominus est : sed mirum si ancillæ sumus, et ille domina est. Sed neque hoc mirum, quia ancillæ sumus, Ecclesia enim sumus : nec illud mirum, quia et ipse domina est, quia virtus et sapientia Dei est. Audi ergo Apostolum dicentem : Nos autem prædicamus Christum crucifixum : Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam : ipsis vero vocatis Judæis et Græcis, Christum Dei virtutem, et Dei sapientiam. (I *Cor.* I). Cum multis persecutionum generibus subjicimur, oportet nos semper in Dei auxilio oculorum intentionem sine ullo vitio continere defixam, quoadusque nobis misericordiam largiatur.

« Miserere nostri, Domine, miserere nostri, quia multum repleti sumus contemptu. » Id est, desperatione, quia sancti despiciuntur a malis hominibus.

« Multumque repleta est anima nostra : opprobrium abundantibus, et despectio superbis. » Non tantum in divitiis dicit, sed eos qui abundant in malitia, illi despiciunt pauperes Christi. Divites despiciunt pauperes, et superbi despiciunt humiles, et ipsi dicunt multa opprobria contra sanctam Ecclesiam.

PSALMUS CXXIII.

« Canticum graduum. » Iste psalmus quintus ascensionis est gradus, edocens virum illum fidelem proficere, qui per elevationem spiritualium oculorum ad cœlorum habitatorem evincens omnes diabolicæ immissionis insidias, ita exorditur dicens :

« Nisi quia Dominus erat in nobis : dicat nunc Israel. » Bene in nobis Dominus habitat, si eum sanctæ mentis contemplatione suspicimus. « Nisi quia Dominus erat in nobis, cum exsurgerent homines in nos : forsitan vivos deglutissent nos. » Non carnes nostras devorare conati sunt impii ; sed animas per instigationem scelerum deglutire ; sed erepti sumus ab his per eum qui erat in nobis. Cui ob hoc gratiæ referendæ sunt, quia gratia ejus salvati sumus.

« Cum irasceretur animus eorum adversus nos : forsitan ut aqua absorbuissent nos. » Commotiones

sont comparées à des eaux ; mais, grâce au Seigneur qui habite dans les saints, ils s'écoulent et passent comme des eaux courantes.

« Notre âme a traversé le torrent. » La leçon du texte hébreu où on lit : Un torrent a passé sur notre âme, vaut peut-être mieux, c'est-à-dire que les tempêtes multipliées des tentations ont passé sur son âme et n'ont pu la détruire, au témoignage du juste : « Si le Seigneur n'eût été au milieu de nous, dit maintenant Israël, peut-être notre âme aurait passé dans une eau dont elle n'aurait pas pu se tirer. Le mot ἀνυπόστατον a en grec une double signification ; il peut signifier ou bien ce qui subsiste, ou ce qui est intolérable, c'est-à-dire ce que personne ne peut supporter. Ici Aquila, Symmaque, Théodotion et tous les interprètes sont unanimes pour traduire ce mot par des eaux orgueilleuses et violentes.

« Béni soit le Seigneur qui ne nous a pas livrés en proie à leurs dents. » Les dents de ces torrents, c'est la multitude des vices, des étreintes desquels nous sommes délivrés par la grâce de Dieu.

« Notre âme s'est échappée comme un passereau du filet des chasseurs, » Des pièges nous sont tendus par les convoitises et les ruses multipliées qu'invente la malice du démon, mais, une fois que Satan est écrasé sous nos pieds, nous échappons à ces pièges comme un passereau échappe au filet qui l'a pris. Le prophète ajoute :

« Le filet a été brisé, et nous avons été sauvés. » Si, en effet, le Seigneur habite en nous, lui-même, comme nous l'avons dit, brisera ces filets pour qu'ils ne puissent nous retenir.

« Notre secours est dans le nom du Seigneur qui a fait le ciel et la terre. » C'est ce nom qui est au-dessus de tout nom ; par le puissant secours de ce nom, les filets de la mort sont détruits, si toutefois nous sommes étroitement attachés à ce nom.

PSAUME CXXIV.

« Cantique des degrés. » Dans ce psaume, qui est le sixième des degrés, le prophète nous exhorte, après avoir dépouillé toutes les vaines préoccupations du siècle, à mettre en lui seul notre confiance. Voici comme il s'exprime :

« Ceux qui mettent leur confiance dans le Seigneur sont comme la montagne de Sion. » Sion, c'est l'Eglise ; la montagne selon Daniel, c'est le Christ Seigneur. (*Dan.* II). Donc, ceux qui mettent en lui toute leur confiance ne seront jamais ébranlés, parce qu'ils sont rendus semblables à son corps glorieux. « Celui qui demeure dans Jérusalem ne sera jamais ébranlé. » Celui qui habite dans l'Eglise notre mère, qui est libre. (*Galat.* IV).

« Jérusalem est entourée de montagnes. »

malarum mentium, qui sanctos Dei absorbere quærunt, aquis comparantur ; sed habitante in sanctis Domino, deorsum defluunt et decurrunt.

« Torrentem pertransivit anima nostra. » Melius in Hebræo habet : « Torrens pertransivit super animam nostram : » quod scilicet multi tentationum turbines super animam ejus transierunt, nec potuerunt eam necare, justo dicente : « Nisi quia Dominus erat in nobis : dicat nunc Israel. Forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem. Verbum ἀνυπόστατον apud Græcos ambiguum est : et potest sonare, quod subsistat, et quod intolerabile sit, hoc est, quod nemo ferre queat. Pro quo et Aquila et Symmachus, et Theodotio, et omnes interpretes pari voce consentiunt : superbas aquas et « arrogantes » pro ἀνυπόστατον transferentes.

« Benedictus Dominus, qui non dedit nos in capturam dentibus eorum. » Horum torrentium dentes, numerositas est vitiorum, a quibus ne capiamur, gratia Dei eruimur.

« Anima nostra, sicut passer, erepta est de laqueo venantium. » Tendentur nobis laquei in concupiscentiis ac diversis diabolicæ astutiæ dolis ; sed contrito Satana sub pedibus nostris, sicut passer a capiente evolamus ab illis. Sicut enim sequitur :

« Laqueus contritus est, et nos liberati sumus. » Si enim Dominus habitet in nobis : ipse (ut diximus) hos disrumpet laqueos, ne nos impediant.

« Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum et terram. » Hoc est nomen quod est super omne nomen, hujus nominis adjutorio mortis vincuntur laquei, si in illo maneamus affixi.

PSALMUS CXXIV.

« Canticum graduum. » Iste psalmus sextus habetur in canticis graduum, qui ex voce prophetæ nos hortatur, ut, relictis sæcularibus causis, in Deum tantum omnem confidentiam, habeamus, dicens :

« Qui confidunt in Domino sicut mons Sion : non commovebitur in æternum. » Sion, Ecclesia : mons autem juxta Danielem Christus Dominus. (*Dan.* II). Ergo qui in eum totam spem ponunt, non commoventur in perpetuum : quia conformes efficiuntur corpori gloriæ ejus. « Qui habitat in Jerusalem. » In ipsa Ecclesia matre nostra, quæ sursum est, libera. (*Galat.* IV.)

« Montes in circuitu ejus. » Custodiæ sanctorum, angelorum, prophetarum, apostolorumque, quæ in modum proceritatis montanæ supereminent cunctis in sanctitate, « Et Dominus in circuitu populi

C'est la garde fidèle que font autour d'elle les saints, les anges, les prophètes, les apôtres qui, semblables à de hautes montagnes, s'élèvent au-dessus de tous par leur sainteté éminente ; « et le Seigneur environne son peuple, maintenant et pour toujours ; » selon la promesse qu'il a faite en disant : Je suis avec vous jusqu'à la consommation du monde. (*Matth.* XXVIII).

« Car le Seigneur ne laissera pas le sceptre des pécheurs s'appesantir sur l'héritage des justes. » Au lieu de *virga,* verge, le mot hébreu signifie *sceptre.* Ce que nous demandons, c'est que vous ne nous laissiez pas tomber dans une tentation que nous ne puissions supporter. « De peur que les justes n'étendent les mains vers l'iniquité, » de peur qu'ils n'en aient la pensée, car que me sert d'être juste, si les méchants ne cessent de me persécuter ? « De peur qu'ils n'étendent, » c'est-à-dire afin qu'ils supportent les méchants, sans faire le mal.

« Faites du bien, Seigneur, à ceux qui sont bons, et dont le cœur est droit, » à ceux dont les œuvres sont bonnes ou à ceux qui ont une foi droite et sincère.

« Mais pour ceux qui se détournent dans des voies tortueuses. » Au lieu de *obligationibus*, Aquila a traduit διαπλοκάς, *entrelacements ;* Symmaque, σκολιότητας, *sinuosités*, *obliquités* ; la cinquième édition, διεστραμμένα, *contournées.* « Le Seigneur les conduira au même terme que ceux qui commettent l'iniquité. » Ceux qui se détournent des commandements de Dieu sont assimilés à ceux qui ne connaissent point Dieu, et sont frappés de la même sentence. « Que la paix soit sur Israël. » C'est le Christ qui est notre paix (*Ephes.* II), c'est lui qui a détruit la muraille d'inimitié qui séparait les Juifs des gentils, pour ne faire qu'un seul peuple de ces peuples autrefois divisés.

PSAUME CXXV.

« Cantique des degrés. » Ce psaume qui est le septième des degrés, est le cantique de l'âme fidèle qui continue de monter et qui tressaille d'allégresse de voir se briser pour elle la captivité du péché.

« Lorsque le Seigneur a ramené les captifs de Sion. » L'antique captivité des vices s'était étendue sur le monde entier ; mais elle a été mise en fuite par les rayons éclatants du soleil de justice. C'est ainsi que l'Eglise, qui est appelée particulièrement du nom de Sion, a été manifestée au monde. « Nous avons été comblés de consolation. » Au lieu de *consolati*, toutes les éditions ont traduit uniformément *somniantes*, *comme rêvant*, et cette expression est très juste, car tant que les autres restent sous le joug de la captivité, la joie ne peut être pleine et parfaite.

« Alors notre bouche fut remplie de joie, et notre langue d'allégresse, » sous la pression d'une joie spirituelle et infinie. Ou bien, notre bouche, notre langue ont été remplies, parce qu'elles sont impuissantes à rendre à Dieu les louanges qui lui sont dues pour la grâce qui nous a sauvés.

« Alors on dira parmi les nations : Le Sei-

sui, ex hoc nunc et usque in sæculum. » Sicut ipse polliceri dignatus est, dicens : Ecce ego vobiscum sum usque in consummationem sæculi. (*Matt. ult*).

« Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum. » Pro « virga » in Hebræo, « sceptrum » habet. Hoc est ergo quod petimus : ne nos inducas in tentationem, quam sufferre non possimus. » Ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas. Ut non cogitent : quid mihi prodest quod justus, sum si semper persequantur me iniqui ? « Ut non extendant, » hoc est, ut sustineant malos, et non faciant mala.

« Benefac, Domine, bonis et rectis corde. » Qui vel boni sunt in opere, vel recti habentur in fide.

« Declinantes autem in obligationes adducet Dominus. » Pro obligationibus, Aquila διαπλοκάς interpretatus est : Symmachus σκολιότητας, quinta editio διεστραμμένα. « Cum operantibus iniquitatem. » Illi qui a præceptis Dei declinant, adducentur cum his qui Deum ignorant, ut simili sententia feriantur. « Pax super Israel. » Christus Dominus est pax nostra (*Ephes.* II), qui auferens maceriam inimicitiæ de medio Judæorum ac gentium, fecit utraque unum, quod erat ante divisum.

PSALMUS CXXV.

« Canticum graduum. » Iste psalmus septimus graduum, profert canticum vel ascensum in quo fidelis anima adversus criminum captivitatem in Dominum exsultat, et dicit :

« In convertendo Dominus captivitatem Sion. » Pervaserat enim universum mundum vetus captivitas vitiorum ; sed lucescente nobis sole justitiæ, effugata est. Sic et Ecclesia, quæ specialiter Sion nuncupatur, apparuit. « Facti sumus sicut consolati. » Pro « consolati, » omnes pariter editiones, « somniantes » transtulerunt. Et pulchre somniantes ; nondum est enim plena lætitia, in captivitate reliquis constitutis.

« Tunc repletum est gaudio os nostrum : et lingua nostra exsultatione. » A spirituali et infinita lætitia. Vel os nostrum, vel lingua repletur : quia non sufficit tantas explicare laudes pro gratia qua salvamur.

« Tunc dicent inter gentes, Magnificavit Dominus facere cum illis. » Si enim relictis transitoriis, spem

gneur a fait de grandes choses en leur faveur. » Si, en effet, renonçant à tout ce qui est passager, nous plaçons notre espérance dans les biens éternels, alors on dit que le Seigneur a fait pour nous de grandes choses en brisant les liens de notre captivité. C'est ainsi qu'autrefois les nations, saisies de crainte et d'effroi, disaient en parlant du peuple d'Israël : Dieu a séché les eaux de la mer et du Jourdain, lorsque les enfants d'Israël y sont entrés. (*Josue* II). Louons donc Dieu, sous l'inspiration de ce sentiment de joie.

« Oui, le Seigneur a fait pour nous de grandes choses, et nous en sommes remplis de joie. » Nous étions autrefois les esclaves de Pharaon, c'est-à-dire de ce tyran qui voulait nous exterminer par ses rudes travaux ; maintenant, nous servons le roi des cieux, dont le joug est doux, et le fardeau léger. (*Matth.* XI).

« Faites revenir, Seigneur, notre captivité. » Le prophète déclare faire cause commune avec son peuple et s'associer à sa captivité, parce qu'en effet, si un membre souffre, tous les autres membres souffrent avec lui. « Comme le torrent sous l'impulsion du vent du midi. » Car de même que, sous le souffle du vent du midi, les glaces se fondent et que les torrents se remplissent, tout l'effroi qu'ils inspirent s'écoule et passe avec l'impétuosité de leur cours ; ainsi, sous le souffle de l'Esprit-Saint, nos péchés se fondent pour ainsi dire, et nous voyons s'accomplir en nous ce qui est écrit : Tes péchés se fondront comme la glace en un jour serein. (*Ezech.* III).

« Ceux qui sèment dans les larmes, moissonnent dans la joie. Ils marchaient, et en allant, ils pleuraient en jetant leur semence. » Les saints ont donc semé dans les larmes de la confession, et au milieu de tourments de tout genre, la parole de Dieu parmi les peuples ; ils allaient en pleurant sur la dureté de leur cœur ; plus tard, ils portèrent cette parole avec les gerbes chargées de grain, selon la promesse du Seigneur : Je vous le dis en vérité, vous pleurerez et vous vous lamenterez ; le monde, au contraire, sera dans la joie, mais votre tristesse se changera en joie. (*Jean* XVI). Nous donc aussi crions dans nos tribulations, levons les yeux de notre âme vers Dieu, notre puissant secours, afin qu'il nous arrache aux dents cruelles des envieux, qu'il ôte de dessus nos têtes le joug de la tyrannie des méchants, et que brisant, par sa miséricorde accoutumée, les liens de la captivité des vices, nous fassions partie, comme autant de pierres vivantes, de l'édifice de la céleste Jérusalem.

PSAUME CXXVI.

» Cantique des degrés de Salomon. » Ce psaume porte en titre le nom de Salomon, afin que Celui qui a construit le temple enseigne qu'il ne peut achever cette construction sans le secours du Seigneur.

« Si le Seigneur ne bâtit lui-même la maison, c'est en vain que travaillent ceux qui la bâtissent. » Nous sommes, d'après la doctrine de

collocemus in sempiternis, tunc dicitur quia magnos nos fecit Dominus, captivitate depulsa, et sicut quondam gentes timore territæ de Israelitico populo loquebantur dicentes : Siccavit Deus aquas maris et Jordanis ad ingressum filiorum Israel. (*Josue.* II). In hoc ergo gaudio confitemur.

« Quia magnificavit Dominus facere nobiscum : facti sumus lætantes. » Serviebamus prius Pharaoni, id est, exterminatori in duris operibus : nunc autem servimus regi cœlesti, cujus jugum suave est et onus leve. (*Matt.* XI).

« Converte, Domine, captivitatem nostram. » Communem se captivitatem habere cum reliquo populo propheta fatetur : quia compatitur unum membrum cæteris membris. « Sicut torrens in austro. » Sicut enim flante austro solventur glacies ; et impletis torrentibus, omnis horror cum impetu suo defluit : sic flante Spiritu sancto, solvuntur peccata nostra : scilicet, ut, accepta remissione, fiat nobis illud quod scriptum est : Sicut glacies in sereno, solvuntur peccata tua. (*Eccli.* III).

« Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent ; euntes ibant et flebant, mittentes semina sua. » Sancti igitur Dei seminaverunt in lacrymis confessionis, et in diversis cruciatibus in gentibus verbum Dei : euntes et flentes super duritiam cordis eorum, quod in futuro cum manipulorum fructibus portabunt, dicente ad eos Domino : Amen dico vobis, quia flebitis vos et lamentabitis : mundus autem gaudebit, sed tristitia vestra in gaudium convertetur. (*Joan.* XVI). Igitur et nos in tribulatione clamantes, elevemus mentis oculos ad auxiliatorem Deum, ut eruat nos a sævis dentibus invidorum : auferat a nobis sceptrum dominationis iniquæ, ut solita miseratione largita, dum a captivitate vitiorum absolvimur : cœlesti Jerusalem ædificio tamquam vivi lapides connectamur.

PSALMUS CXXVI.

« Canticum graduum Salomonis. » Ideo psalmus iste Salomonis titulo prænotatur : ut ipse fabricator templi doceant se non valere ædificationem ejus consummare sine Domini auxilio.

« Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laborant qui ædificant eam. » Nos sumus, secundum Apostolum, Dei templum : qui nisi per Dominum nostrum Jesum Christum ædificemur super funda-

l'Apôtre, le temple de Dieu; or, si nous ne sommes élevés par Notre-Seigneur Jésus-Christ sur le fondement des apôtres et des prophètes, ce que chercheront à construire les prophètes et tous les autres docteurs du siècle n'aboutira jamais à rien.

« Si le Seigneur ne garde la ville, c'est en vain que veille celui qui la garde ». L'âme fidèle est considérée comme la cité du roi éternel, cité qui est habitée par des citoyens vertueux et d'une conduite irréprochable, et que nul ne peut garder et protéger, que celui qui protège jour et nuit Israël.

« C'est en vain que vous vous levez avant l'aurore ». Celui qui se lève avant l'aurore, est encore environné des ténèbres de la nuit. Ainsi celui qui, fermant les yeux à la lumière de l'Évangile, se tourne vers les doctrines dont nous venons de parler, reste dans les ténèbres, et ne peut jouir des splendeurs de la résurrection du Seigneur. « Levez-vous, après que vous vous serez reposés, vous qui mangez d'un pain de douleur. » Vous qui vous reposez dans l'humiliation, élevez-vous ; vous qui vous souvenez que vous êtes nés dans le péché, que vous vivez dans le péché, et qui désirez aller vers Dieu ; ou bien, vous « qui mangez d'un pain de douleur ». Au lieu du mot *douleur*, Théodotion et la cinquième édition ont traduit le mot hébreu par *idoles*, et la sixième édition par *erreur*. Voici donc le sens d'après l'interprétation la plus simple : C'est en vain que vous courez vers le temple dès l'aurore et que vous croyez adorer Dieu, vous qui adorez en même temps les idoles, et vous nourrissez d'un pain immonde.

« Lorsqu'il aura donné le sommeil à ses bien-aimés. » Le prophète semble répondre à cette question qui lui est faite : Quand cela se fera-t-il ? « Lorsqu'il aura donné le sommeil à ses bien-aimés ». Les bien-aimés, ce sont les saints, qui, après le sommeil de la vie présente, paraissent encore dormir, afin de parvenir à la vie éternelle au jour de la résurrection.

« Voilà l'héritage du Seigneur, des fils ; la récompense, le fruit des entrailles ». Lorsque les saints sortis de ce monde seront entrés dans le sommeil du repos, alors ils deviendront l'héritage du Seigneur, parce qu'ils ne seront plus soumis aux tentations. De plus, le Seigneur lui-même, né d'une Vierge, est devenu le fruit des entrailles. L'humanité dont il s'est revêtu a reçu cette récompense : que les nations appelées à être ses fils sont maintenant son héritage. Il a donné, dit l'évangéliste, le pouvoir de devenir enfants de Dieu à ceux qui croient en son nom. (*Jean* I).

« Telles sont les flèches dans les mains d'un archer vigoureux, ainsi sont les fils de ceux qui ont été rejetés.» Il appelle rejetés, *excussos*, ceux qui sont prêts et armés pour le combat ; ce mot a été encore traduit de la sorte par les Septante, dans les livres d'Esdras.

« Bienheureux l'homme qui par eux a rempli son désir ». Au lieu du mot *désir*, on lit dans

menta apostolorum et prophetarum (II *Cor.* VI), inanis erit philosophorum et reliquorum doctorum ædificatio.

« Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum laboraverunt qui custodiunt eam. » Fidelis anima, civitas accipitur æterni Regis, quæ civibus bonis, id est, honestis moribus frequentatur, quam nullius potest tueri custodia, nisi illius qui non dormitans protegit Israel.

« Vanum est vobis ante lucem surgere. » Qui ante lucem surgit, nocturnas tenebras palpat. Sic et qui, relicto Evangelii lumine, ad superius dictum dogma transierit, in tenebris commoratur : nec potest Dominicæ resurrectionis perfrui claritate. « Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.» Qui in humiliatione quiescitis, elevamini, vos qui in peccatis, vel natos esse, vel vivere meministis, et ad Deum transire desideratis. Vel, « qui manducatis panem doloris. » Pro « dolore, » Theodotio et quinta editio « idola » interpretati sunt : sexta vero « errorem. » Sensus itaque juxta simplicem intelligentiam iste est : Sine causa diluculo ad templum curritis, et Deum adorare vos creditis, qui idola pariter adoratis, et immundo vescimini pane.

« Cum dederit dilectis suis somnum : » quasi aliquis interrogasset, quando hoc sit factum, ei dicitur : « Cum dederit dilectis suis somnum. » Dilecti sancti sunt, qui post somnum præsentis vitæ, hic dormitare videntur : ut in resurrectione ad vitam æternam mereantur pervenire. » Ecce hæreditas Domini filii merces fructus ventris. » Cum sancti ab hoc sæculo accepto quietis somno dicesserint, tunc fient hæreditas Domini, quia jam non subjacent tentationibus. Sed et ipse Dominus natus ex Virgine, factus est fructus ventris. Cujus assumpta humanitas hanc accepit mercedem, ut gentes vocatæ in filiis, sint hæreditas ejus. Dedit eis, inquit, potestatem filios Dei fieri qui credunt in nomine ejus. (*Joan.* I).

« Sicut sagittæ in manu potentis, ita filii excussorum. » Excussos, expeditos et accinctos ad prælium vocat, quod verbum et in Esdræ libris Septuaginta interpretes transtulerunt.

« Beatus vir qui implevit desiderium suum ex illis. » Pro « desiderio » in Hebræo, « pharetram » habet. Ut quia sagittas præmiserat in comparationem sanctorum, consequenter pharetram sagittis inferat explendam, « Non confundetur cum loquetur inimi-

l'hébreu : *carquois*. Comme il avait déjà, en parlant des saints, employé la comparaison des flèches, il continue ici la comparaison, en désignant la maison sous le nom du carquois qui doit être rempli de flèches. « Il ne sera point confondu, lorsqu'il parlera à ses ennemis à la porte de la ville. » La porte, l'entrée, est celui qui a dit : Je suis la porte, si quelqu'un entre par moi, il sera sauvé. (*Jean* x). Celui donc des enfants des exilés qui reste attaché à Jésus-Christ, ne sera point confondu au jour du jugement, lorsqu'il reprochera aux ennemis de la loi de Dieu leur désobéissance, leur perversité, et toutes leurs œuvres mauvaises.

PSAUME CXXVII.

« Cantique des degrés. » Ce psaume qui est le cantique du neuvième degré, enseigne la crainte et l'amour du Seigneur en ces termes :

« Heureux tous ceux qui craignent le Seigneur et qui marchent dans ses voies. » Ceux qui, unissant à la crainte l'amour de Dieu, s'exercent dans les doctrines annoncées par les prophètes, les apôtres et les évangélistes.

« Vous mangerez le fruit des travaux de vos mains ; vous êtes heureux et tout vous réussira. » Les travaux produisent leurs fruits, lorsque l'homme s'applique en ce monde à pouvoir parvenir au fruit de l'éternité : car c'est avec beaucoup de fatigues et de peines qu'on marche dans cette voie de Dieu, comme le Seigneur lui-même l'a dit : La voie qui conduit à la vie est étroite et pénible, (*Matth.* VII). Mais ces travaux recueillent leurs fruits lorsque l'homme est enrichi et nourri de ce pain céleste. C'est de ce désir qu'était vivement pénétré celui qui disait : Heureux celui qui mangera le pain dans le royaume de Dieu. (*Luc* XIV).

« Votre femme sera comme une vigne féconde dans l'intérieur de votre maison. » Cette épouse, d'après Salomon (*Prov.* VII), c'est la sagesse qui, plantée comme une vigne féconde dans la demeure d'une âme purifiée, s'étend comme sur les côtés de nos bonnes œuvres.

« Vos enfants seront autour de votre table comme de jeunes plans d'oliviers. » Ce sont les bonnes actions qui sont comme rangées autour de la doctrine céleste, avec l'abondance de la paix et l'ombrage de la force protectrice.

« Ainsi sera béni l'homme qui craint le Seigneur ; » il sera comblé de ses richesses.

« Que le Seigneur vous bénisse de Sion, » lui qui règne dans l'Eglise. « Et puissiez-vous voir les biens de Jérusalem pendant tous les jours de votre vie, » les biens de cette mère céleste dont nous avons déjà parlé dans les autres psaumes et dans le sein de laquelle les saints doivent contempler les biens de la vie éternelle.

« Puissiez-vous voir les enfants de vos enfants » en recevant la récompense de vos bonnes œuvres, « et la paix sur Israël. » Que notre paix, qui est Jésus-Christ, abaisse toujours les yeux sur l'âme qui le contemple.

cis suis in porta. Porta, janua sive ostium : ipse est qui ait : Ego sum ostium per me si quis introierit, salvabitur. (*Joan.* x). Ergo qui de filiis excussorum fixus in Christo est, non confundetur in die judicii : cum exprobraverit inimicis Legis Dei inobedientiam et perversitatem, vel omnem malitiam ipsorum.

PSALMUS CXXVII.

« Canticum graduum. » Iste psalmus in nono ascensionis gradu, vel cantico timorem dilectionemque Dominicam insinuat, dicens :

« Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus. » Qui cum timore jungentes se Dei dilectioni, exercentur in his quæ prophetæ, apostoli, evangelistæ prædicaverunt.

« Labores fructuum tuorum manducabis : beatus es, et bene tibi erit. » Labores fructuum sunt, cum homo exercetur in mundo, ut ad æternitatis fructum possit accedere. Nam laboriose per has Dei vias inceditur, sicut ipse ait : Arcta et ærumnosa via est quæ ducit ad vitam. (*Matth.* VII). Sed hic labor æternis fructibus adimpletur, cum homo pane illo cœlestis locupletatur. Hoc enim desiderio, et ille compungebatur, qui dicebat : Beatus qui manducaverit panem in regno Dei. (*Luc.* XIV).

« Uxor tua sicut vitis abundans : in lateribus domus tuæ. » Uxor juxta Salomonem (*Prov.* VII), sapientia accipitur, quæ in animæ emundatæ domo tam quam speciosa vitis adducta, in lateribus operum nostrorum extenditur.

« Filii tui sicut novellæ olivarum, in circuitu mensæ tuæ. » Actus bonorum in circuitu doctrinæ cœlestis assistentes, cum pinguedine pacis et obumbratione virtutis.

« Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum. » His utique locupletatur divitiis.

« Benedicat te Dominus ex Sion. » Qui in Ecclesia regnat. « Et videas quæ bona sunt Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ » In illa cœlesti matre, de qua in aliis exposuimus psalmis : in qua vitæ perpetuæ bona visuri sunt sancti.

« Et videas filios filiorum tuorum. » Retributionem captantes operum bonorum. « Pacem super Israel. » Pax nostra, Jesus Christus, jugiter super mentem se videntem aspiciat.

PSAUME CXXVIII.

« Cantique des degrés. » Ce psaume est le dixième cantique des degrés. Le prophète nous y enseigne à résister constamment aux attaques du mal, afin qu'il ne puisse triompher de nous.

« Souvent ils m'ont attaqué depuis ma jeunesse. » Le prophète dit qu'il a été attaqué dès les premières années de sa vie, mais il ne dit point quels sont ceux qui l'ont attaqué, pour nous faire comprendre que ces attaques viennent du démon. Vous pouvez l'entendre ou de l'épreuve de Job ou de Jésus-Christ, trahi par Judas.

« Qu'Israël dise maintenant : Souvent ils m'ont attaqué dès ma jeunesse, mais ils n'ont rien pu contre moi. » Donc, celui qui est vraiment Israël, peut dire qu'il est attaqué tous les jours de sa vie ; mais il ne succombe point dans ce combat, parce que le Seigneur combat avec lui.

« Les pécheurs ont travaillé sur mon dos, ils ont prolongé leur iniquité. » Lorsqu'un homme marche avec ardeur vers Dieu, et tend toujours vers ce qui est le plus parfait, c'est en arrière que ses ennemis dirigent contre lui les efforts de leur méchanceté, parce qu'ils lui en dérobent ainsi la vue. Mais comme ces efforts restent sans effet, ils prolongent leur iniquité par leurs sentiments d'envie, et attirent ainsi sur eux le péché et la vengeance divine. Le prophète continue :

« Le Seigneur qui est juste a coupé la tête des pécheurs. » Au lieu du mot *têtes,* l'hébreu porte le mot *liens* ou *chaînes*, et tel serait le sens : Mes ennemis m'assiégeaient de tous côtés de leurs embûches et me retenaient même captif ; mais, grâce au secours puissant du Seigneur, tous ces liens ont été brisés.

« Que tous ceux qui haïssent Sion soient couverts de confusion.» Sion, c'est l'Eglise, qui est le corps de Jésus-Christ, dont nous sommes les membres.

« Qu'ils deviennent comme l'herbe des toits, qui se dessèche avant qu'on l'arrache. » Il ne parle point ici des édifices bâtis sur la pierre, mais de ceux qui, construits sur le sable, sont destinés à une ruine prochaine. Il a en vue ici les œuvres de la chair, dans lesquelles on ne peut trouver nul grain de bonté, et qui se dessèchent avant même qu'elles soient parvenues au moindre accroissement.

« Qui jamais ne remplit la main du moissonneur,» de celui qui n'a jamais reçu la digne récompense de ses actions. « Ni le sein de celui qui recueille les gerbes, » de celui qui a fait le bien avec une conscience pure, ou du moins avec une bonne volonté. Aussi il reçoit de Dieu des gerbes abondantes, comme s'il eût beaucoup donné, ainsi que la veuve qui avait donné deux deniers. (*Marc* XII).

« Et les passants n'ont point dit : Que la bénédiction du Seigneur soit sur nous. » Ils n'ont point été bénis par les saints de Dieu qui, comptant pour rien le monde, ont passé aux choses célestes et éternelles. « Nous vous bé-

PSALMUS CXXVIII.

« Canticum graduum. » Iste psalmus decimum nobis profert vel canticum, vel ascensum, qui ex voce prophetica inchoans docet incessanter resistere nequitiis impugnantibus, ne nos expugnent.

« Sæpe expugnaverunt me a juventute mea.» Dicit se impugnari ab initio ætatis suæ vir iste ; sed a quibus impugnetur, silet : ut intelligatur quia pugna a diabolo mittitur. Poteris vel de probatione Job, vel de traditione Christi a Juda facilius hoc advertere.

« Dicat nunc Israel : Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, etenim non potuerunt mihi. » Ergo qui Israel est, ille potest dicere, quia impugnatur omnibus diebus vitæ suæ. Sed non ei prævalet hæc pugna : quia Dominus pugnat pro eo.

« Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem sibi. » Jugiter ad Deum currenti et ad ampliora tendenti fabricantur a tergo nequitiarum machinæ, quia in aspectu exponi non possunt. Sed cum ad effectum non perveniunt, sibi ipsi prolongant : ob id invidendo, peccatum ultionemque divinam in se provocant. Sequitur enim :

« Dominus justus concidet cervices peccatorum. » Pro « cervicibus » in Hebræo habet, « vincula, vel « catenas » ut sit sensus : Illi qui me suis insidiis, hinc inde vallaverant, etiam vinctum tenebant ; sed, auxiliante Domino, omnes nexus soluti sunt.

« Confundantur et convertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion. » Ecclesiam, quæ est corpus Christi, cujus nos membra sumus.

« Fiant sicut fenum ædificiorum : quod priusquam evellatur, arescit. » Non hæc de ædificiis in petra locatis dicuntur, sed his quæ quasi citius ruitura super arenam ponuntur : quod ad opera carnis respicit : in quibus non modo nullum granum bonitatis invenitur : verum etiam antequam ad incrementum aliquod veniant, exsiccantur.

« De quo non implevit manum suam qui metet. » Qui retributionem dignam operis sui mercedem non recepit. « Nec sinum suum qui manipulos colliget. » Qui per conscientiæ puritatem, et si minus habet, voluntatem tamen bonam adhibuit. Ideoque a Deo tamquam si multum dedisset, manipulos refert : sicut vidua de duobus minutis. (*Matth.* XII).

« Et non dixerunt qui præteribant : Benedictio Domini super vos. » Non eos benedixerunt sancti Dei :

nissons au nom du Seigneur, » afin que, renonçant aux œuvres inféconde et arides, vous semiez des œuvres qui remplissent la main des moissonneurs, et le sein de ceux qui recueillent les gerbes.

PSAUME CXXIX.

« Cantique des degrés. » Ce psaume nous montre le onzième degré de la marche progressive, et le cantique de ce degré. Le prophète y exprime l'effort de l'âme fidèle pour tendre toujours plus haut, et en se plaignant d'être moins plongé dans un abîme, il nous excite à comprendre les choses du ciel.

« Des profondeurs de l'abîme, j'ai crié vers vous, Seigneur, Seigneur écoutez ma voix. » Celui-là crie des profondeurs de l'abîme, qui connaît les profondeurs des richesses de la science de Dieu, qui souffre persécution, et qui implore par de touchants soupirs le secours de Dieu.

« Que vos oreilles se rendent attentives à ma voix suppliante. » Le prophète ne s'adresse point aux oreilles du corps, il sait que Dieu est incorporel ; mais il implore la puissance que Dieu exerce pour exaucer ses fidèles serviteurs.

« Si vous considérez, Seigneur, mes iniquités, qui pourra subsister devant vous ? » Si en effet le genre humain, si fragile, qui transgresse vos lois, est aussitôt frappé par les coups de votre justice, qui pourra échapper ?

« Mais en vous est le pardon, » car vous nous réconcilierez avec votre Père, par votre croix ; « et j'ai espéré en vous, Seigneur, à cause de votre loi. » La loi est spirituelle, et renferme les paroles de la vie ; nous devons la supporter, de peur qu'en péchant contre la loi, nous ne soyons aussi jugés par la loi. (*Rom.* II).

« Mon âme s'est soutenue par la parole du Seigneur, etc., depuis la veille du matin jusqu'à la nuit. » Depuis cette heure du matin où il a été loué pour travailler à la vigne du Seigneur, il a placé son espérance dans cette heure où il devait recevoir le denier promis pour salaire. « Qu'Israël espère dans le Seigneur. » Que, du moment où la lumière de la vérité a brillé à ses yeux, elle ne cesse de contempler les choses du ciel.

« Car dans le Seigneur est la miséricorde, » lorsqu'il a daigné se faire homme pour nous ; « et on trouve en lui une rédemption abondante, » lorsqu'il nous a rachetés, non avec de l'argent, mais par son sang précieux.

« Et lui-même rachètera Israël de toutes ses iniquités. » En effet, le Fils, après que la plénitude des nations sera entrée, sauvera les restes d'Israël, en leur pardonnant leurs iniquités.

PSAUME CXXX.

« Cantique des degrés. » Ce psaume est le douxième des cantiques des degrés ; nous y voyons dans la personne du prophète l'humilité que Jésus-Christ devait pratiquer dans la chair, il commence ainsi :

qui pro nihilo habentes hunc mundum, pertransierunt ad cœlestia et æterna. « Benediximus vobis in nomine Domini. » Ut, relictis infructuosis aridisque operibus, ea seratis, quæ et messorum manum, et colligentium manipulos, repleant sinum.

PSALMUS CXXIX.

« Canticum graduum. » Ipse psalmus undecimum nobis ascensionis gradum pandit, et canticum : qui fidelis animæ conatum ad altiora tendentem proferens : dum se in profundo quasi immersum queritur, nos ad intelligenda cœlestia provocat, dicens :

« De profundis clamavi ad te, Domine : Domine, exaudi orationem meam. » De profundis clamat, qui scit altitudinem divitiarum sapientiæ Dei : qui persecutiones patitur : qui cum misericordi suspirio deprecatur.

« Fiant aures intendentes in orationem servi tui. » Non hic carnalem aurem propheta postulat, sciens Deum incorporeum esse : sed virtutem qua suos exaudire dignatur, exposcit.

« Si iniquitates observaveris, Domine : Domine, quis sustinebit ? Si enim transgrediens leges tuas, generis humani fragilitas ultione tua protinus feriatur, quis evadere poterit ?

« Quia apud te propitiatio est. » Tu enim nos reconciliabis Patri per crucem. « Et propter legem tuam sustinui te, Domine. » Lex spiritualis est, et continens verba vitæ : quam sustinere debemus, ne peccantes in eum per legem dijudicemur. (*Rom.* II).

« Sustinuit anima mea Dominum, » etc. « A custodia matutina usque ad noctem. » Ab illa matutina hora qua in vineam Dominicam est locatus, spem suam in illam defixit horam : qua denarium mercedis accipiat. A vigilia matutina. « Speret Israel in Dominum. » Ab eo quod ei lumen veritatis illuxit, indeficienter cœlestia contempletur.

« Quia apud Dominum misericordia. » Cum pro nobis homo fieri dignatus est. « Et copiosa apud Deum est redemptio. » Cum non auro, neque argento, sed pretioso nos sanguine redemit.

« Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eorum. » Ipse enim Filius, introeunte plenitudine gentium, reliquum Israel, remissa iniquitate, salvabit.

PSALMUS CXXX.

« Canticum graduum. » Iste psalmus duodecimus in hac ascensione, vel cantici, vel gradus habetur, qui nos ex persona prophetæ humilitatem quam Christus in carne gestaturus erat edocet, dicens ;

« Seigneur, mon cœur ne s'est point enflé d'orgueil. » Mais c'est avec un cœur contrit et humilié que je vous ai offert un sacrifice agréable. « Et mes yeux ne se sont point élevés, » pour désirer les biens passagers et fragiles de cette terre.

« Je n'ai point marché non plus dans les grandeurs et dans les choses élevées au-dessus de moi. » Je n'ai point aspiré à ces choses qui paraissent grandes et merveilleuses aux yeux des hommes, de peur d'en être opprimé.

« Si je n'avais pas d'humbles sentiments, mais au contraire, j'ai élevé mon âme. » Son cœur est humble, mais son esprit est élevé. J'avais d'humbles sentiments dans ce monde, mais j'ai élevé mon âme dans le ciel.

« Que mon âme devienne comme un enfant sevré sur le sein de sa mère. » Il n'y a rien en lui qui sente l'enfance, et parce que, laissant le lait comme nourriture, il est arrivé à être un homme parfait, il demande d'être nourri de ce pain qui descend du ciel.

« Qu'Israël espère dans le Seigneur, maintenant et dans tous les siècles. » Il nous enseigne que notre espérance ne doit être limitée à aucun temps, afin que, par cette espérance de toute cette vie, nous arrivions à obtenir les biens de la vie future.

PSAUME CXXXI.

« Cantique des degrés. » Ce psaume est le treizième des cantiques des degrés ; par ces ascensions progressives, il nous instruit de l'avènement du Fils de Dieu, par la voix du prophète.

« Souvenez-vous, Seigneur, de David. » Le Fils du Dieu tout-puissant, ayant résolu de prendre notre chair pour racheter son peuple, a voulu être appelé David, et porter le nom de celui de la race duquel il devait prendre un corps. « Et de toute sa douceur. » Il n'a pas contesté, il n'a pas crié, mais il a été conduit à la boucherie comme un agneau plein de douceur.

« Comme il en a fait le serment au Seigneur, et le vœu au Dieu de Jacob. » Il implore le serment et le vœu pour nous montrer la fermeté de sa parole, et nous ôter jusqu'au moindre doute de le suivre ; mais il nous faut considérer quelle a été ici sa volonte. « Souvenez-vous, Seigneur, de David, et de toute sa douceur, comme il en a fait le serment au Seigneur. Au lieu du mot *sicut, comme*, on lit dans l'hébreu *qui*, et tel est le sens : Souvenez-vous, Seigneur, de David, et de toute sa douceur ; il a fait le serment au Seigneur, et le vœu au Dieu de Jacob.

« Je n'entrerai point dans l'intérieur de ma maison, je ne monterai point sur mon lit de repos ; je n'accorderai pas le sommeil à mes yeux, ni l'assoupissement à mes paupières, ni le repos à mes tempes, jusqu'à ce que je trouve un lieu pour le Seigneur et un tabernacle pour le Dieu de Jacob. » Par le tabernacle de cette maison, le prophète nous indique la demeure

Domine, non est exaltatum cor meum. » Sed in contritione et humiliatione ejus obtuli tibi sacrificium acceptabile. « Neque elati sunt oculi mei. » Ut transitoria concupiscerent et caduca.

« Neque ambulavi in magnis : neque in mirabilibus tuis super me. » Quæ magna mirabilia videbantur hominibus, in his non incessi, ne me opprimerent.

« Si non humiliter sentiebam : sed exaltavi animan meam. » Humilis quidem est corde, sed excelsus est sensu. Humiliter sentiebam in sæculo : sed animam meam exaltavi in cœlo.

« Sicut qui ablactatus est a matre sua : ita retribues in animam meam. » Nihil in se puerile sentit : quia cibum lactis excedens, ad perfectum pervenit virum : illo nunc pane, qui de cœlis advenit, ali exorat.

« Speret Israel in Domino : ex hoc nunc et usque in sæculum. » Docet ut nullo fine temporis spes nostra claudatur : ut per spem præsentis vitæ bona futuri sæculi capiamus.

PSALMUS CXXXI.

« Canticum graduum. » Iste psalmus habetur in canticis tredecimus graduum : qui per ascensionem profectuum, de adventu Filii Dei ex voce prophetica nos edocet, dicens :

« Memento, Domine, David. » Filius omnipotentis Dei, assumpturus carnem pro redemptione populi, David se voluit nuncupari : ejus scilicet nomine vocitatus, de cujus genere assumpturus erat et corpus. « Et omnis mansuetudinis ejus. » Non contendit, neque clamavit : sed sicut agnus mansuetus deductus est ad victimam. (*Isai.* LIII).

« Sicut juravit Domino : votum vovit Deo Jacob. » Juramentum ac votum propter firmitatem dictionis posuit, ne nos dubitaremus sequi : sed quid interim voluerit, dignum est contueri. « Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus. Sicut juravit Domino. » Pro eo quod est, « sicut : » In Hebræo habet, « qui : » ut sit sensus : Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus, qui juravit Domino, et votum fecit Deo Jacob.

« Si introiero in tabernaculum domus meæ : si ascendero in lectum strati mei : si dedero somnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationem, et requiem temporibus meis : donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob. Tabernaculum

céleste ; le lit de repos, le sommeil des yeux, l'assoupissement des paupières, le repos des tempes sont le symbole de l'éternel repos, qui ne doit jamais être interrompu. Il affirme qu'il ne rentrera point dans le repos avant d'avoir construit, par sa résurrection, dans l'homme, une habitation digne de Dieu le Père, ou un lieu de réunion pour son Eglise.

« Voilà que nous avons appris que l'arche était à Ephrata. La contrée de Bethléem s'appelle jusqu'à ce jour Ephrata, au témoignage des autres Ecritures ; Ephrata est Bethléem, là où on entendit pour la première fois de l'Eglise, c'est-à-dire là où le Christ parut revêtu d'une chair mortelle. » C'est à Bethléem que repose Rachel, l'épouse bien-aimée d'Israël (*Gen.* xxxv), qui fut la figure de l'Eglise. « Nous l'avons trouvée dans les champs de la forêt, » parmi les nations qui étaient auparavant les lieux de repos du démon, et qui maintenant sont des champs où Dieu est adoré et où règne la fécondité.

« Nous entrerons dans son tabernacle. » Nous qui sommes rassemblés par le Seigneur pour ne former qu'une seule maison, qu'une seule Eglise. « Nous l'adorerons dans le lieu où se sont arrêtés ses pieds, » là où l'on entend les prédications des apôtres, qui sont comme les pieds qui soutiennent tout le corps de l'Eglise.

« Levez-vous Seigneur, pour entrer dans votre repos. » Vous avez accompli votre serment, vous avez exécuté votre vœu, vous avez trouvé une demeure à Dieu, vous avez engendré l'Église, en la faisant sortir de votre côté ; sortez maintenant des enfers, revenez dans votre tabernacle, pour rentrer dans le repos dont vous avez parlé plus haut. « Vous et l'arche de votre sainteté. » Le corps que vous avez pris et qui servait de voile à la divinité, par le moyen duquel les paroles de vie, le pain céleste, la voie, la vérité et la vie nous ont été manifestés.

« Que vos prêtres soient revêtus de votre justice, » afin qu'étant couverts de la cuirasse de la justice, ils ne soient point blessés par les traits de l'ennemi. « Et que vos saints tressaillent de joie, » dans les biens célestes.

« A cause de David votre serviteur, ne rejetez pas la face de votre Christ. » A cause de celui qui a pris la forme de serviteur de la race de David, ne détournez pas l'éclat de votre face de dessus vos saints, dans lesquels le Christ lui-même habite, mais qu'elle les éclaire de sa splendeur.

« Le Seigneur a fait à David un serment véritable, et il ne sera pas vain. » Le Père jure au Dieu homme la vérité, et ce serment ne sera pas vain, mais il l'accomplira en disant : J'établirai sur votre trône le Fils qui naîtra de vous. » Nous sommes le fruit de ses entrailles, qu'il a engendré spirituellement de son sein. Si nous gardons fidèlement les recommandations qui suivent, nous nous assiérons sur son trône, et non seulement nous, mais aussi vos enfants, car il ajoute :

domus » cœlestem sedem indicat : in strato vero lecti, in oculorum somno, in dormitatione palpebrarum, vel in temporum requie, æternam quietem, quæ numquam abrumpitur, demonstravit. In quibus non se rediturum pollicetur : nisi prius in homine dignum Deo Patri locum vel Ecclesiæ congregationem sua resurrectione construeret.

« Ecce audivimus eam in Ephrata. » Regio Bethleem usque hodie appellatur Ephrata ; hujus rei et aliæ Scripturæ testes sunt ; Ephrata ipsa est Bethleem, ubi primum Ecclesia est audita, id est, in qua Christus Dominus carnem assumpsit. In hac et Rachel Israel dilecta quiescit (*Gen.* xxxv), quæ typum gessit Ecclesiæ. « Invenimus eam in campis silvæ. » In gentibus, quæ prius diaboli erant cubilia : nunc autem campi, Dominum colentes fructiferi.

« Intrabimus in tabernaculum Dei. » Nos qui in una domo Ecclesiæ, per Dominum aggregamur. « Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus. » In quo prædicationes Apostolicæ audiuntur : quæ ut pedes sustinent totum corpus Ecclesiæ.

« Exsurge, Domine, in requiem tuam. » Jam explesti juramentum, reddidisti votum : jam invenisti locum Deo : jam produxisti ex latere tuo Ecclesiam : exsurge nunc ab inferis, revertere in tabernaculum : abiens in requiem : de quibus superius es locutus. Et non solum tu, sed, « Tu et arca sanctificationis tuæ. » Corpus scilicet assumptum, quo divinitas tegebatur ; a quo verba vitæ, a quo cœlestis panis, a quo via, veritas et vita nobis ostensa est.

« Si je t'oublie ! ô Jérusalem ! que ma main droite soit livrée à l'oubli. » Celui qui a péché, et qui est tombé, se rappelle son premier état et Jérusalem, et il prend cette résolution : Si je cesse jamais de me souvenir de toi, si tu n'es toujours présente à mon esprit, que ma main droite, c'est-à-dire mes œuvres, soit livrée à l'oubli; il ne dit pas ma main gauche, mais, ma main droite, car la gauche est toujours en oubli. Voulez-vous donc être présent au souvenir de Dieu ? faites les œuvres de la main droite.

« Que ma langue s'attache à mon gosier, si je ne me souviens point de toi. » C'est-à-dire, que je perde et les œuvres et la parole, si ton souvenir n'est toujours au milieu de mon cœur.

« Souvenez-vous, Seigneur, des enfants d'Edom, au jour de Jérusalem. » Edom signifie *terrestre* ou *sanglant*. Quel est donc cet Edom,

« In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra. » Salix tamen naturam habet : est quidem lignum infructuosum, et dicitur quod si quis ex illa accipiat potionem aut manducet, filios non facit. Ibi ergo suspendimus organa nostra. Organum autem hominis corpus est; sicut enim organum ex multis fistulis compositum est, una autem modulatione melos mittit, ita et organum nostrum habemus tactum; per ipsum, hoc est, per opera, melos, canticum et hymnum referimus Deo. Similiter et per auditum, et per odoratum, et per gustum et per visum, et per has omnes virtutes quasi de uno organo hymnum et canticum referimus Domino. Dicitur iterum salix radicem non habere; sed si ramus abscinditur, et plantatur secus aquam, statim virescit. Ita autem et peccator, licet peccaverit, licet ceciderit : tamen si sit secus aquas, hoc est, si legit sanctas Scripturas, et audit verbum divinum a sancto viro, viret ejus anima, et in pœnitentiam convertitur.

« Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos; verba canticorum, » etc. Dæmones qui deceperunt nos, et captivos duxerunt, nunc quasi deridentes nos et gloriantes dicunt nobis : Reddite nobis verbum de fide vestra : quemadmodum quando eratis in Jerusalem hymnum dicebatis Deo. Respondent qui peccaverunt, et decepti sunt, et dicunt :

« Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena ? » In peccatis constituti, qui cecidimus de Jerusalem in Babylonem ? Ergo non potest aliquis, si non sit sanctus, laudare Dominum. Peccator enim non debet cantare Domino, sed lugere peccata sua.

« Si oblitus fuero tui, Jerusalem, oblivioni detur dextera mea. » Ergo quia peccavit et cecidit, reminiscitur prioris conversationis et Jerusalem, proponitque sibi, quod nisi semper tui memor ero, et semper in mente habeam, « oblivioni detur dextera mea, » hoc est opera mea. Non dixit sinistra, sed « dextera » ; sinistra enim semper in oblivione est. Vis ergo semper in memoria Domini esse ? dexteræ opera fac.

« Adhæreat lingua mea faucibus meis : si non meminero tui. » Hoc est, non habeam neque opera neque sermonem : si non jugiter memoria tui versetur in corde meo.

« Memor esto, Domine, filiorum Edom, in die

si ce n'est le démon? Considérez donc ce que dit le prophète, il parle ici dans la personne d'Adam, et il dit: Seigneur, souvenez-vous comment le serpent, qui est le démon et par lequel on entend aussi Nabuchodonosor, m'a trompé, réduit en captivité, et fait chasser du paradis. Souvenez-vous-en et rendez-lui ce qu'il mérite; qu'il souffre les châtiments que sa méchanceté a fait peser sur moi; il m'a enchaîné et emmené en Babylone, parmi les Assyriens.

« O fille de Babylone, malheureuse! » La fille de Babylone, c'est l'âme qui est toujours dans l'agitation et dans le mouvement, qui n'a point d'état fixe, mais qui, plongée dans les vices et dans les péchés, est vraiment misérable. « Heureux celui qui te rendra les maux que tu nous as fait souffrir.» Heureux celui qui lui rendra ce qu'elle a fait; ainsi, elle m'a chassé du paradis, je la ramènerai par la mortification; elle m'a séduit par l'attrait de la volupté, je la ramènerai dans Jérusalem par la chasteté, je la ramènerai des vices à la pratique des vertus. Je la traiterai donc non comme un ennemi, mais comme un ami.

« Heureux celui qui saisira tes petits enfants, et qui les brisera contre la pierre. » Les petits enfants sont les pensées. C'est donc comme s'il disait: J'ai vu une femme, je l'ai désirée; si je ne retranche aussitôt cette convoitise coupable, si je ne la tiens comme par le pied, si je ne l'écrase contre la pierre tandis que cette convoitise est encore faible, je ne pourrai plus en triompher, si je la laisse se fortifier. Heureux donc celui qui la retranche aussitôt et la brise contre la pierre; or, cette pierre, c'est le Christ.

PSAUME CXXXVII.

« Je vous confesserai, Seigneur, de tout mon cœur. » Telles sont les blessures, tel doit être le remède. De même que le corps peut être atteint de blessures différentes, ainsi l'âme a ses passions et ses blessures et des plaies de divers genre; notre pénitence doit donc être proportionnée à la nature de nos péchés. Celui qui confesse à Dieu pour tous ses péchés, celui-là le confesse de tout son cœur. Voici la pensée du prophète: Un homme s'est rendu coupable de fornication; il confesse ce péché de fornication; mais il est en même temps avare, colère, blasphémateur, sujet à mille autres vices; il ne confesse point Dieu de tout son cœur. Celui, au contraire, qui étend son repentir à tous les vices, à toutes les passions de son âme peut dire: « Je vous confesserai, Seigneur, de tout mon cœur, parce que vous avez écouté les paroles de ma bouche. » Cette dernière partie du verset n'est pas dans le texte hébreu. Voici, du reste, le sens de ces paroles: Je vous confesserai de tout mon cœur, c'est-à-dire pour tous mes vices et mes péchés, et c'est parce que je ne me suis pas borné à confesser un seul vice que vous m'avez exaucé.

Jerusalem.» Edom interpretatur « terrena » et « sanguinea. » Quis ergo est nisi diabolus? Vide ergo quid dicat; hoc ex persona Adam dicitur: Domine, memento quemadmodum me decepit, et traxit me serpens diabolus, qui intelligitur Nabuchodonosor, et ejecit me de paradiso. Memento et retribue ei, et patiatur pœnam quam ipse sua malitia mihi induxit: trahens me, adduxit in Babylonem et in Assyrios.

« Filia Babylonis misera. Filia Babylonis, » anima est, quæ semper in motione est, et in confusione, et non habens statum, sed est in vitiis et peccatis, quæ vera misera est. « Beatus qui retribuet tibi retributionem quam retribuisti nobis.» Beatus est qui retribuet ei quod ipsa fecit; verbi gratia: ejecit me de paradiso: ego illam per abstinentiam reduco ibidem; decepit me per fornicationem: ego per castitatem reduco illam in Jerusalem, et ex vitiis in virtutem. Ergo non ut inimicus facio, sed ut amicus.

« Beatus qui tenebit, et allidet parvulos tuos ad petram. » Parvuli dicuntur cogitationes. Ac si dicat: Vidi mulierem, concupivi eam: statim si non abscidero concupiscentiam illam, et sicut pedem tenuero, et allisero ad petram donec parva est concupiscentia, non potest postea abscindi quando creverit. Beatus ergo est qui statim abscidit, et allidit ad petram; petra autem est Christus.

PSALMUS CXXXVII.

« Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo. » Qualia sunt vulnera, tale et emplastrum. Quemadmodum enim corpus habet diversa vulnera, ita et anima habet suas passiones et sua vulnera, et diversa vulnera, et adversus peccatum talem et pœnitentiam debemus agere. Si quis pro omnibus peccatis suis confitetur: iste in toto corde confitetur Domino. Ac si dixisset: Fornicatus est aliquis, confitetur pro fornicatione; sed quoniam est aut avarus, aut iracundus, aut detractor, aut blasphemus, et plurima vitia habet, iste non confitetur in toto corde. Si quis autem pro omnibus vitiis, et passionibus animæ suæ agit pœnitentiam, iste potest dicere: « Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo; quoniam audisti omnia verba oris mei. » Iste versiculus in Hebraico non habetur. Cæterum quod dicit, hoc est. propterea confitebor tibi in toto corde meo, hoc est, pro omnibus vitiis meis et peccatis: quoniam non pro uno vitio confessus sum tibi, et exaudisti me.

« Je célèbrerai votre gloire en présence des anges. » Voyez le progrès de l'âme pénitente : après la confession, la pénitence ; elle mérite de chanter avec les anges. Or, celui qui chante, cesse de faire pénitence ; il rend grâces et bénit Dieu. « J'adorerai dans votre saint temple. » Si ce temple où il faut adorer est celui que nous voyons maintenant désert, les Juifs ne doivent plus donc adorer Dieu, puisque leur temple est détruit. Ce temple dont parle le psalmiste est donc la sainte et céleste Jérusalem.

« A cause de votre miséricorde et de votre vérité. » Que le pécheur soit attentif à la miséricorde, que le juste et l'orgueilleux ouvrent l'oreille à la vérité.

« Vous multiplierez la force de mon âme. » Vous multiplierez la force de mon âme, soumise à tant de nécessités différentes.

« Que tous les rois de la terre vous glorifient, Seigneur. » Les rois de la terre sont ceux qui règnent sur le péché. Que ceux-là donc glorifient le Seigneur qui règnent sur le péché ; car ce n'est point des rois de ce monde qu'il est écrit : Le cœur du roi est dans la main de Dieu. (*Prov.* XXI). Croyez-vous, par exemple, que le cœur de Julien, ce monstre d'impiété, fût dans la main de Dieu ? A Dieu ne plaise, pas plus que celui des persécuteurs Néron, Maximien et Dèce. Mais le psalmiste s'adresse à ceux qui règnent sur le péché, parce que, pour ceux qui règnent sur le péché, qui triomphent de leurs vices et des passions de l'âme, leur cœur est dans la main de Dieu. « Parce qu'ils ont entendu toutes les paroles de votre bouche, » parce qu'ils ont gardé vos commandements.

« Et qu'ils chantent dans les voies du Seigneur. » Les philosophes de ce siècle n'ont pas chanté dans les voies du Seigneur ; mais, pour nous, nous chantons dans les voies du Seigneur, c'est-à-dire dans Moïse, dans Isaïe et dans Jérémie, et par ces voies nous parvenons à cette voie qui a dit : Je suis la voie.

PSAUME CXXXVIII.

« Seigneur, vous m'avez éprouvé, etc. Votre science est élevée d'une manière merveilleuse au-dessus de moi. » Symmaque traduit plus clairement ces dernières paroles : « Votre science me surpasse ; » c'est-à-dire, je ne puis pénétrer vos secrets, et mon esprit ne peut entrer dans les profondeurs de votre sagesse.

« Où irai-je pour me dérober à votre esprit ? et où fuirai-je de votre face ? » Comment puis-je atteindre à la hauteur de votre connaissance, alors que toutes choses sont en vous, que rien ne peut vous fuir, et que votre esprit est partout ? Nous comprenons par ces paroles qu'il existe un Dieu qui remplit tout de son immensité.

« Si je monte dans le ciel, vous y êtes ; si je descends dans l'enfer, vous y êtes présent, etc. Aucune hauteur n'est plus élevée que vous, aucune profondeur n'égale votre profondeur ; l'Orient comme le couchant sont dans votre main.

« In conspectu angelorum psallam tibi. » Vide provectionem pœnitentis, quia post confessionem, et pœnitentiam, cum angelis meretur psallere. Qui autem psallit, jam non agit pœnitentiam, sed gratias agit et benedicit. « Adorabo ad templum sanctum tuum. » Si hoc est templum quod nunc videtur desertum, in quo oportet adorare : ergo non debent Judæi adorare, quoniam eversum est templum. Templum autem dicit sanctam et cœlestem Jerusalem.

« Super misericordia tua et veritate tua. » Peccator audiat misericordiam, justus autem et superbus audiat veritatem.

« Multiplicabis in anima mea virtutem. » Multiplicabis, hoc est, multis sollicitudinibus subjacentem animam.

« Confiteantur tibi, Domine, omnes reges terræ. » Reges terræ sunt isti qui regnunt peccato ; ergo ipsi confiteantur qui regnant peccato. Nec enim de regibus hujus mundi scriptum est : Cor regis in manu Dei. (*Prov.* XXI). Putas cor Juliani impiissimi in manu Dei fuit ? Absit ; aut Neronis, aut Maximiani, et Decii persecutorum ? Absit. Sed illis dicit qui regnant peccato, quia isti qui vincunt vitia, et passiones animæ, et regnant peccato, cor eorum in manu Dei est. « Qui audierunt omnia verba oris tui. » Quia custodierunt mandata tua.

« Et cantent in viis Domini. » Philosophi hujus sæculi non cantaverunt in viis Domini, sed nos cantamus in viis Domini, hoc est, in Moyse et in Isaia, et in Jeremia, et de viis istis venimus ad illam viam quæ dicit : ego sum via quæ dicit : ego sum via.

PSALMUS CXXXVIII.

« Domine probasti me, » etc. « Mirabilis facta est scientia tua ex me. » Manifestius hoc Symmachus interpretatus est : « Prætergreditur me scientia tua, » id est, non possum tua scire secreta, et in profundum sapientiæ tuæ mens mea non potest introire.

« Quo ibo a spiritu tuo ? aut a facie tua quo fugiam ? » Quomodo autem tuam possum comprehendere notitiam, cum in te sint omnia, nihilque sit quod te fugiat, et ubique sit spiritus tuus ? Ex quo intelligimus Deum esse qui totus ubique sit.

« Si ascendero in cœlum, tu ibi es ; si descendero ad infernum, ades, etc. » Nulla altitudo te altior ;

« Et j'ai dit : donc les ténèbres me couvriront, mais la nuit même devient lumineuse pour m'éclairer dans mes plaisirs. » Dans l'hébreu, tel est le sens : « Et j'ai dit : peut-être les lumières me couvriront ; » mais, au contraire, la nuit même est lumineuse à vos yeux, parce que rien ne peut vous échapper. Symmaque a mieux traduit en disant : « Et la nuit m'entoure comme une lumière brillante. » Les versets suivants expriment la même vérité.

« Car les ténèbres n'ont aucune obscurité pour vous ; la nuit brille comme le jour ; ses ténèbres sont pour vous comme la lumière du jour ; » c'est-à-dire, les choses qui paraissent vous être cachées sont tellement claires à vos yeux, qu'elles sont plus brillantes que la lumière.

« Vous m'avez reçu dès le ventre de ma mère. » La cinquième édition a ainsi traduit : Vous m'avez formé dès le ventre de ma mère.

« Vos yeux m'ont vu lorsque j'étais encore imparfait. » Le mot imparfait est mis ici pour informe, en ce sens que Dieu connaît les éléments du corps de l'homme avant même qu'ils soient formés. « Et tous sont écrits dans votre livre ; » parce que nul ne prend naissance en dehors de la volonté de Dieu, afin que personne n'échappe à sa connaissance.

« Les jours seront formés, et nul d'eux ne manquera. » Symmaque traduit ainsi : » Aucun jour ne manque de ceux dans lesquels ils ont été formés, » et voici le sens : Tout le temps auquel, depuis le commencement, le cours de cette vie a été comme assigné, a un cours prévu et réglé, et il n'y a ni un jour de plus ni un jour de moins que ce que vous avez voulu. D'après les Septante, au contraire, et dans un sens plus relevé, voici ce que signifient ces paroles : Vous formez tous les hommes dans le jour, vous voulez que tous soient les enfants de Dieu ; mais il n'est aucun homme qui ne soit sujet au péché, et qui par là ne commence à devenir enfant de la nuit ; il n'est aucun parmi les hommes qui, dans tout le cours de sa vie, fasse des œuvres dignes de la lumière de ce jour. Voilà pourquoi l'Apôtre dit à ceux qui avaient cessé d'être les enfants de la nuit : Pour nous, mes frères, nous ne sommes pas les enfants de la nuit, mais les enfants de Dieu. (*Thess.* v).

PSAUME CXXXIX.

« Délivrez-nous, Seigneur, de l'homme méchant, etc. » Le démon n'a point d'instrument plus puissant pour nous tromper que l'homme ; c'est donc de cet homme méchant que le prophète demande à Dieu d'être délivré.

« Qui ont médité dans leur cœur le mal ; » il veut parler des hérétiques.

« Le venin des aspics est sous leurs lèvres. » Ils paraissent tenir le langage de l'amitié, mais leurs paroles sont pleines d'un venin mortel.

« Ils ont mis le long du chemin une pierre

nullum profundum te profundius : oriens et occidens in tua continentur manu.

« Et dixi, Ergo tenebræ conculcabunt me, et nox lux mea in deliciis meis. » In Hebræo sensus iste est : « Et dixi, Forsitan tenebræ conculcabunt me : » econtrario autem nox ipsa apud te lumen fuit : quia nihil celare te potest. Quod Symmachus melius interpretatus est dicens : « Et nox lux circum me sedet. » Sed et sequentes versiculi, hoc idem significant.

« Quia tenebræ non obscurabuntur a te, et nox quasi dies illuminabitur : sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus. » Id est, tam clara sunt omnia, quæ a te putantur occulta, ut manifestiora sint luce.

« Suscepisti me de ventre matris meæ. » Quinta Editio ita transtulit : « Conflasti me de ventre matris meæ. »

« Imperfectum meum viderunt oculi tui. » Imperfectum hic pro incomposito posuit : quod etiam elementa hominis antequam formentur in utero, cognoscat Deus. « Et in libro tuo omnes scribentur. » Et quod nullus absque voluntate nascatur Dei : ne quisquam ejus notitiam subterfugiat.

« Dies formabuntur, et nemo in eis. » Hunc locum Symmachus ita transtulit : « dies quibus formati sunt, ne una quidem ex eis deest. » Et est sensus : omne tempus ætatis cui jam ab exordio vitæ istius sunt curricula deputata, certo fine decurrit, nec una dies aut plus aut minus est quam tu conditor esse voluisti. Secundum Septuaginta autem interpretes, et altiorem intelligentiam, sensus est : Tu omnes in die formas, tu cunctos vis esse filios Dei, sed nullus est in hominibus qui non peccato obnoxius fiat, et per hoc filius noctis esse incipiat, nec quisquam eorum luce ipsius diei toto vitæ suæ tempore digna perficiat. Unde et Apostolus ad eos qui filii noctis esse cessaverant, loquitur : Nos autem, fratres, non sumus filii noctis, sed filii Dei. (*Thess.* v.).

PSALMUS CXXXIX.

« Eripe me, Domine, ab homine malo, etc. » Non in tantum potest nos decipere diabolus, quantum per organum hominis : ab hoc deprecatur propheta liberari.

« Qui cogitaverunt iniquitates in corde. » De hæreticis dicit.

« Venenum aspidum sub labiis eorum. » Quoniam videntur amicitiæ verba habere, sed plena sunt veneno mortifero.

d'achoppement devant moi; » c'est-à-dire, pour essayer de me tromper, ils apportaient des témoignages de l'Ecriture qui paraissaient avoir quelque raison.

« J'ai dit au Seigneur : Vous êtes mon Dieu. » Si vous n'êtes saint, vous ne pouvez dire ce verset; il n'y a que celui sur lequel le péché ne règne pas, qui puisse dire : Le Seigneur est mon partage. (*Ps.* xv).

« Seigneur, ne me livrez pas au pécheur d'après mon désir. » L'Ecriture dit : Si quelqu'un regarde une femme pour la désirer, il a déjà commis l'adultère dans son cœur. (*Matth.* v). Le prophète dit donc à Dieu, ne me livrez pas au démon selon mon désir mauvais ; il me vaut mieux d'être jugé sur mes œuvres que sur mes pensées.

« La tête de leur circuit, le travail de leurs lèvres les couvrira. » De même que le serpent, lorsqu'il voit qu'on s'approche de lui pour le frapper, se roule tout entier en cercle et cache au milieu sa tête où il sait qu'est le principe de sa vie, ainsi ces hérétiques paraissent se cacher et comme se protéger et se défendre sous les discours des philosophes, d'Aristote et des autres. Mais l'enfant véritable de l'Eglise brise ce cercle avec une verge, c'est-à-dire avec la croix ; il y trouve la tête qui était cachée, il la frappe ; c'est-à-dire, il produit les témoignages des Ecritures.

« Ceux qui ont le cœur droit habiteront en votre présence. » Qu'est-ce que le visage de Dieu, si ce n'est le Christ, qui n'a pas cru que ce fût une usurpation d'être l'égal de Dieu. (*Phil.* II).

PSAUME CXL.

« Seigneur, j'ai crié vers vous, exaucez-moi. » Moïse était avec le peuple, Pharaon les poursuivait, et ils étaient dans la plus vive angoisse. C'est alors que Moïse versa des larmes devant Dieu, et aussitôt Dieu lui dit: Pourquoi criez-vous vers moi ? Il avait prié sans dire un mot, et sa prière fut aussitôt exaucée. L'Ecriture, en effet, ne dit pas qu'il ait parlé, mais simplement qu'il répandit des larmes. C'est ainsi que le sang des martyrs ne cesse de crier vers le Seigneur, et qu'il est toujours exaucé. Et le Seigneur lui-même dit à Caïn : Le sang de ton frère crie vers moi. (*Gen.* IV). Dans l'Apocalypse de saint Jean, nous voyons aussi les âmes des justes qui étaient sous l'autel dirent de Dieu : Jusques à quand, Seigneur, tardez-vous de nous venger? (*Apoc.* VI), Considérons en même temps que les âmes des justes sont les autels du Seigneur. « Soyez attentif à ma voix, lorsque je crierai vers vous ; » c'est-à-dire : voyez et considérez, ô Seigneur, ce que je demande ; ma prière n'a point pour objet les choses de la terre, l'or ou quelqu'autre chose semblable ; c'est votre miséricorde que j'implore. C'est pour cela qu'il dit : « Soyez attentif, » c'est-à-dire, écoutez avec soin, car je ne demande rien qui vous soit étranger.

« Juxta iter scandalum posuerunt mihi. » Hoc est de Scripturis proferentes testimonia, quæ quasi videbantur rationem aliquam habere , tentabunt me decipere.

« Dixi Domino, Deus meus es tu. » Si non es sanctus, non potes hunc versiculum dicere. Cui non regnat peccatum, hoc dicit : Pars mea Dominus. (*Psal.* xv).

« Non tradas me, Domine, a desiderio meo peccatori. » Dicit Scriptura : Quod si quis viderit mulierem ad concupiscendum, jam mœchatus est eam in corde suo. (*Matt.* v). Ergo dicit propheta : Ne de concupiscentia mea tradas me diabolo ; sed bene mihi habet in opere judicare, et non in cogitatione.

« Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos. » Quemadmodum serpens quando viderit aliquem venientem ad percutiendum, circulum facit totius corporis sui, et in medio celat caput, ubi scit habere se vitam ; ita et isti hæretici per sermonem philosophorum, et Aristotelis, et cæterorum videntur se abscondere et quasi protegere, et defendere. Sed ecclesiasticus vir quasi in virga, hoc est in cruce, solvit circulum, et invenit caput latens, et ibi eum percutit, hoc est, testimonium profert de Scripturis.

« Habitabunt recti cum vultu tuo. » Vultus Dei quid est nisi Christus ? Qui non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. (*Philipp.* II).

PSALMUS CXL.

« Domine, clamavi ad te, exaudi me. » Moyses stabat cum populo, et Pharao sequebatur post tergum ejus, et undique angustia illi erat. In illo tempore lacrymatus est ad Deum ; et continuo Deus ad eum: Quid clamas ad me ? dum cum silentio orabat, auditus est. Scriptura autem non meminit quod locutus sit, sed tantum quod lacrymatus sit. Et sanguis martyrum semper clamat ad Dominum, et exauditur. Et Dominus locutus est Cain : Sanguis fratris tui clamat ad me. (*Gen.* IV). Et in Apocalypsi Joannis, animæ justorum sub altari dicebant ad Dominum : Usquequo, Domine, non nos defendis ? (*Apoc.* VI). Simul autem consideremus, quia animæ justorum altaria sunt Domini. « Intende voci meæ, cum clamavero ad te. » Hoc est, vide et considera, o Domine, quid peto : quoniam non peto corporali desiderio, aut aurum, aut tale aliquid hujusmodi : sed ut misericordiam tuam consequar. Propterea dicit, « intende, » hoc est, diligenter audi, quia nihil alienum peto.

« Que ma prière monte vers vous, comme la fumée de l'encens ; » c'est-à-dire, que ma prière s'élève directement vers vous, sans avoir aucune souillure, aucun défaut, aucune pensée diabolique. L'encens est la figure de la prière des saints. (*Apoc.* VIII). « Que l'élévation de mes mains soit comme le sacrifice du soir. » L'élévation des mains montre le Seigneur, et c'est dans l'élévation des mains que nous voyons le Créateur. Or, remarquez que le psalmiste n'a pas dit l'extension de mes mains, car l'extension n'est pas l'élévation ; car on peut étendre les mains en arrière ou sur les côtés, c'est-à-dire vers ce qui est vicieux ou criminel ; c'est dans ce sens que le Seigneur dit : Lorsque vous aurez étendu vos mains vers moi, je ne vous exaucerai point. (*Jérém.* XV). « Comme le sacrifice du soir, » qu'on offrait à la onzième heure ; c'est-à-dire, je lève mes mains vers vous sous le règne de l'Evangile. L'Apôtre nous fait, de son côté, cette recommandation : Elevez vos mains lorsque vous priez. (*Tim* II). Ainsi, lorsque Moïse élevait les mains, Josué l'emportait sur Amalec ; quand il les laissait tomber, Josué était vaincu. (*Exod* XVII). Si j'entends les Ecritures dans le sens historique, Moïse tient les mains abaissées ; si je les entends dans le sens spirituel, il a les mains élevées vers le ciel.

« Mettez, Seigneur, une garde à ma bouche. » La mort et la vie sont au pouvoir de la langue. Il est dit encore : Je vous le dis, en vérité, vous rendrez compte, au jour du jugement, de toute parole oiseuse que vous aurez prononcée. (*Matth.* XII). Le prophète demande donc qu'aucune parole oiseuse ne sorte de sa bouche, mais que ce qu'il dira soit toujours saint et digne de Dieu. « Et une porte autour de mes lèvres. » Il demande que Dieu mette une porte autour de ses lèvres, comme un mur qui entoure la maison tout entière, afin de n'être exposé à aucune défaite. La mort est entrée par les fenêtres, dit Jérémie. (*Jérém.* IX). Or, ces fenêtres sont au nombre de cinq, la vue, l'ouïe, le goût, l'odorat et le toucher. Si donc je regarde une femme pour la convoiter, j'ai déjà commis l'adultère dans mon cœur. (*Matth.* V), et la mort est entrée dans mon âme par la fenêtre, c'est-à-dire par les yeux. Si le son d'une flûte, d'un orgue, d'un chalumeau m'amollit, la mort est entrée par les oreilles. Si je touche quelque chose de doux et d'amollissant pour le corps, la mort est entrée par le toucher, et ainsi des autres sens. Le prophète demande donc à Dieu qu'il mette une porte autour de ses lèvres, c'est-à-dire que la maison tout entière soit protégée, de sorte que l'ennemi ne puisse y entrer et y exercer son funeste empire. Saint Pierre écrit, en effet, dans son épître : Votre ennemi, le démon, tourne autour de vous comme un lion rugissant, cherchant quelqu'un à dévorer. (I *Pier.* V). Ce n'est point par de grands vices que le démon engage le combat

« Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo. » Hoc est, recta ad te perveniat oratio mea, non habens aliquas sordes, aut vitia, aut cogitationes diabolicas. Incensum autem orationes sanctorum sunt ; hoc autem cognoscimus de Apocalypsi : quando viginti quatuor seniores tenebant thuribula, et dicebant (*Ibid.* VIII) : Hæ sunt orationes sanctorum. « Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Elevatio manuum » Dominum demonstrat ; et in elevatione manuum Creatorem videmus. Vide autem, quia non dixit, extensio manuum mearum, extensio enim non est elevatio ; sed extendit aliquis, et post tergum, et in latus, hoc est, in vitia : quemadmodum dicit Dominus : Et quando extenderitis ad me manus vestras, non exaudiam vos. (*Jerem.* XV). « Sacrificium vespertinum, » undecima hora, id est, in Evangelio, levo manus meas. Et iterum Apostolus : Levate manus vestras ad orationes. (I *Tim.* II). Et Moyses quando levabat manus, vincebat Jesus : quando deponebat, vincebatur. (*Exod.* XVII). Si intelligo Scripturas secundum historiam, et secundum litteram : Moyses deorsum habet manus ; si autem spiritualiter, elevat manus suas in altum.

« Pone, Domine, custodiam ori meo. » Mors et vita in manibus linguæ. Et iterum : Amen dico vobis : quoniam de omni otioso verbo quod locuti fueritis, reddetis rationem in die judicii. (*Matth.* XII). Hoc ergo postulat Propheta, ut omne quod loquitur, non sit otiosum, sed sanctum et dignum Deo. « Et ostium circumstantiæ labiis meis. » Ostium circumstantiæ quasi murum in circuitu totius domus postulat, ut in nullo vincatur. Dicit enim Jeremias : Mors intravit per fenestras vestras. (*Jerem.* IX). Fenestras autem habemus quinque, hoc est, visum, auditum, gustum, odoratum, et tactum. Si ergo videro mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus sum eam in corde meo (*Matth.* V), et intravit mors per fenestram meam, hoc est, per visum. Si tibia, aut organum, aut calamus quasi dissolvat me, mors intravit per auditum meum. Si autem aliquid molle tangam, et solvar corporis mollitie mors intravit per tactum meum, et cætera similiter. Ergo deprecatur propheta ostium circumstantiæ, hoc est, ut muniatur tota ejus domus, ut non habeat adversarius unde ingrediatur, et dominetur hominibus. Dicitur enim in Epistola sancti Petri : Adversarius noster diabolus sicut leo rugiens circuit, quærens quem devoret (I *Pet.* V). Diabolus non pugnat cito contra aliquem

contre nous, c'est par des fautes légères qui lui donnent une entrée quelconque dans notre âme, lui permettent de nous dominer et de nous pousser à de plus grands excès. Ce n'est donc point par la fornication, ni par l'avarice, mais à la faveur de vices moins saillants qu'il cherche à entrer dans notre âme.

« Ne souffrez pas que mon cœur se laisse aller à des paroles de malice pour chercher des excuses à mes péchés. » O malheureux genre humain, qui excuse ses péchés en disant : J'ai été vaincu par la nature, alors qu'il est en notre pouvoir de pécher, et, avec le secours de Dieu, d'éviter le péché ! Toujours nous avons des excuses et nous disons : Je ne voulais pas pécher, mais j'ai été vaincu par la chair. Cette femme est venue me trouver ; c'est elle qui m'a poussé, c'est elle qui m'a touché, c'est elle qui m'a appelé, et alors que nous devrions faire pénitence et dire : Seigneur, j'ai péché, nous nous excusons, et à nos péchés nous en ajoutons de nouveaux. Nous avons tous un corps semblable, mais des épreuves différentes ; Dieu ne fait point acception de personnes. Voulez-vous une preuve que nous avons un corps semblable à celui des saints ? Ecoutez saint Paul dire : Je vois une autre loi qui est en opposition avec la loi de mon esprit, et qui me captive dans la loi du péché. (*Rom.* VII). Et il ajoute ailleurs : C'est pour cela que je châtie mon corps et que je le réduis en servitude, de peur qu'après avoir prêché aux autres, je ne sois moi-même réprouvé. (I *Cor.* IX). Et encore : Misérable homme que je suis, qui me délivrera de ce corps de mort ? (*Rom.* VII). Nous avons donc des épreuves différentes à subir, et plus les épreuves sont grandes, plus grande aussi sera la récompense.

« Avec les hommes qui commettent l'iniquité. » On sous-entend ordinairement : Ne souffrez pas que mon cœur se laisse aller avec les hommes qui opèrent l'iniquité. « Et je n'aurai aucun commerce avec leurs élus. » De même que le Seigneur a ses élus, le démon a aussi les siens. Entendez par là les chefs des hérétiques et vous serez fixé sur leurs élus. S'il avait parlé des élus en général, sans ajouter que c'étaient leurs élus, il aurait exclu les élus de Dieu. Le mot *communicabo* peut recevoir deux sens : ou je consentirai, ou j'aurai commerce avec eux et deviendrai moi-même impur. Vous savez que l'Ecriture donne à deux le nom d'immonde. L'Apôtre dit : Afin qu'il réunisse l'un et l'autre, c'est-à-dire les deux peuples en un seul homme nouveau ; les deux peuples, l'intérieur et l'extérieur, c'est-à-dire, afin que je sanctifie ce qui est immonde. Et ailleurs : Noë fit entrer avec lui dans l'arche des animaux purs, sept et sept, et des animaux impurs, deux et deux, mâle et femelle. (*Gen* VII).

« Le juste me reprendra dans sa bonté, et il me corrigera. » Le Seigneur corrige celui qu'il aime, et il châtie tout fils qu'il reçoit. (*Hebr.* XII). Heureux celui qui est corrigé et châtié, le Sei-

per grandia vitia, sed per parva, ut possit quomodocumque intrare, et dominari homini, et postea cum in majora vitia impellit. Non per fornicationem, non per avaritiam : sed per minora vitia ingreditur.

« Non declines cor meum in verba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. » O infelicissimum humanum genus, qui peccata excusamus, dicentes : Victus sum a natura : cum in potestate nostra sit, et peccare, et Domino adjuvante, non peccare. Semper excusamus nosmetipsos et dicimus : Ego nolebam peccare : caro me vicit. Illa mulier venit ad me, ipsa misit, ipsa me tetigit, ipsa mihi illud dixit, ipsa me vocavit, et pro quo debueramus pœnitentiam agere, et dicere : Domine, peccavi : excusamus, et jungimus peccata peccatis. Æquale corpus habemus omnes, diversos autem labores ; non est personarum acceptor Deus. Vis ergo scire quod æquale habemus et nos et sancti corpus ? Paulus Apostolus dicit : Video autem aliam legem repugnantem legi mentis meæ, et captivantem me in lege peccati. (*Rom.* VII). Et iterum post hæc : Propterea castigo corpus meum, et in servitutem subjicio, ne aliis prædicans, ipse reprobus inveniar. (I *Cor.* IX). Et iterum : Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus ? (*Rom.* VII). Diversos ergo labores habemus ; et quantum quis laborat, tantum et præmium accipiet.

« Et cum hominibus operantibus iniquitatem. » Ex communi subauditur : non declines cor meum cum hominibus operantibus iniquitatem. « Et non communicabo cum electis eorum. » Sicut Dominus habet electos sanctos, ita et diabolus habet electos suos. Intellige mihi principes hæreticorum, et non dubitabis de electis eorum. Si enim dixisset electos, et non cum subdistinctione, eorum, exclusisset electos Dei. « Communicabo » dupliciter intelligitur : aut consentiam, aut secundus fiam, hoc est, immundus. Scitis enim Scripturam, duo immunda vocare. Dicit Apostolus. Ut confundat utrumque (*Ephes.* II), hoc est, duos homines in unum novum hominem ; duos, interiorem et exteriorem, hoc est, immundum faciam sanctum. Et iterum : Noe in arca, munda septena introduxit secum : immunda autem duo et duo. (*Gen.* VII).

« Corripiet me justus in misericordia, et incre-

gneur ne renouvellera point la correction. C'est un signe de la grande colère de Dieu, lorsqu'il ne s'irrite pas contre nous (*Nahum.* I), car il nous réserve alors, comme la génisse, pour être immolés. Il dit en effet à Jérusalem : Tes péchés sont nombreux, tes iniquites se sont multipliées, c'est pourquoi je ne m'irrite point contre toi (*Jérém.* III) ; c'est-à-dire, lorsque tu n'étais qu'adultère, je t'aimais encore d'un amour de jalousie, mais lorsque tu t'es livrée à une multitude d'amants, je t'ai méprisée et je ne me suis plus irritée contre toi. (*Ezech.* XVI). C'est ainsi qu'un homme est jaloux de sa femme tant qu'il l'aime, mais, s'il cesse d'en être jaloux, il la hait et il ne suit pas la conduite de celui qui dit : Je visiterai leurs iniquités avec une verge (*Ps.* LXXXVIII), et dans un autre endroit : Je ne punirai pas leurs filles de leurs prostitutions. (*Osée.* IV). « Le juste me reprendra dans sa bonté, et il me corrigera. » Supposez un maître quelconque, ou un père, ou un médecin : Si le médecin voit dans un corps des chairs corrompues, et qu'il dise : qu'est-ce que cela me fait ? vous concluez que c'est un homme cruel. Si au contraire il retranche ces chairs, et qu'il cautérise la plaie, il est bon, puisqu'il guérit cet homme. De même, si un maître laisse un enfant à sa liberté, et n'exige de lui aucune discipline, on peut dire qu'il n'aime pas cet enfant ; mais s'il lui impose une correction, et si le médecin panse cette plaie et la guérit, ce qui vous paraissait un trait de dureté devient à vos yeux un acte véritable de bonté. Achab est repris par le Seigneur au sujet de Naboth, lorsqu'il le fit mettre à mort, s'empara de sa vigne, et répandit le sang du juste. Le prophète Élie fut envoyé vers lui pour lui dire : Vous avez tué Naboth et vous vous êtes emparé de sa vigne. Aussitôt Achab, déchiré par le remords de sa conscience, baissa les yeux et la tête, bien que ce fût un impie et qu'il fût revêtu de la pourpre. Et l'Ecriture ajoute : Achab ayant entendu ces paroles, se revêtit d'un cilice par dessus la pourpre, ce que voyant Dieu, il dit : Puisqu'Achab s'est humilié à cause de moi, je n'amènerai point sur lui les maux dont je l'ai menacé. Voyez quelle force dans le cilice, dans le jeûne, et comment quelques larmes effacèrent des flots de sang. Il nous faut donc aussi recourir au cilice et au jeûne, de manière que personne ne nous voie. Le verbe *corripiet* peut s'entendre de de deux manières : ou il me reprendra, ou il m'enseignera. « Mais l'huile du pécheur ne parfumera jamais ma tête. » Mon peuple, ceux qui vous disent heureux vous trompent. (*Isai.* III). Que les louanges des hérétiques, que l'huile qu'ils répandent sur la tête des hommes, en leur promettant les prodiges des cieux, engraisse leur tête. Or, l'Ecriture blâme tout ce qui est engraissé, comme lorsqu'elle dit : Jacob mangea et fut rassasié, et il se révolta ; le peuple bien-aimé s'engraissa et s'étendit. (*Deut.* XXXII ; et *Jérém.* V) ; mais la manne que distribuaient les anges était fort petite.

« Car j'opposerai encore ma prière contre les choses dans lesquelles ils se plaisent. » Voilà

pabit me. » Quem diligit Dominus, corripit : castigat autem omnem filium quem recipit. (*Hebr.* XII). Beatus est qui corripitur, non retribuet Dominus bis in idipsum. Magna est ira Dei quando non nobis irascitur (*Nahum.* I) ; reservat enim nos sicut vitulum in occisionem. Ad Jerusalem enim dicit : Multa sunt peccata tua, et multæ iniquitates : propterea non irascor tibi (*Jerem.* III), hoc est, quando adultera eras tantum, zelabam te quasi diligens te : quando autem multos habuisti amatores, contempsi te, et non irascor tibi. (*Ezech.* XVI). Quemadmodum vir zelat uxorem suam quando eam diligit : si autem non zelat, odit eam, et non consequitur illius sermones qui dicit : Visitabo in virga iniquitates eorum (*Psal.* LXXXVIII) ; et iterum : Et non visitabo filias eorum quando fornicatæ fuerint. (*Ose.* IV). « Corripiet me justus in misericordia, et increpabit me. » Pone hic magistrum aliquem, aut patrem, aut medicum ; si viderit medicus in corpore carnes putridas, et dicat, quid ad me pertinent ? scias quia crudelis est. Si autem præcidat, et cauterium imponat, misericors est : quia sanat hominem. Similiter et magister si dimittit puerum, et non ab eo exigit disciplinam, odit eum. Si autem exigat, et medicus curet ; quæ putatur esse asperitas, clementia est. Achab arguitur a Domino de Naboth (III *Reg.* XXI) : quando occidit eum, et accepit vineam ejus, et effudit sanguinem justum. Elias propheta missus est ad eum qui dixit : Occidisti, et possedisti : statim conscientia percussus submisit cervicem et oculos, et hoc impius, et rex indutus purpura. Et postea dicit Scriptura : quod audiens induit cilicium subtus purpuram. Et videns Deus dixit : Quia reveritus est me Achab : non inducam mala in eum. Vide ergo quantum valuit cilicium, et jejunium, et modica lacryma quantum sanguinem lavit. Ita ergo oportet vestiri cilicio et jejunare, ut nemo videat. « Corripiet » dupliciter intelligitur : aut arguet, aut docebit. « Oleum peccatoris non impinguet caput meum. » Populus meus, qui vos beatificant seducunt vos. (*Isai.* III). Laus hæreticorum, et oleum ipsorum, quo ungunt capita hominum, et repromittunt eis signa cœlorum, impinguat eis caput. Omne autem pingue reprehendit Scriptura, sicut dicit : Et manducavit Jacob, et saturatus est, et

ce qu'il veut dire: Ils s'imaginaient être sages, mais moi je priais pour leur conversion.

« Leurs juges ont été précipités et brisés contre la pierre, » de même qu'il dit ailleurs : Heureux celui qui prendra tes petits enfants et les brisera contre la pierre. (*Ps.* cxxxvi). Or, la pierre, c'était le Christ (I *Cor.* xv) ; les petits enfants sont les pensées encore faibles avant qu'elles aient pris de l'accroissement. Et maintenant, les hérétiques eux-mêmes, bien que fiers d'Aristote et de Platon, paraissaient mépriser la simplicité de l'Eglise ; cependant, quand ils en viennent à étudier les Ecritures, ils sont absorbés par la pierre, c'est-à-dire par le Christ, et se convertissent à lui. Le mot absorption est mis ici pour la victoire, comme lorsque l'Apôtre dit: La mort a été absorbée dans la victoire ; où est ta victoire, ô mort? où est ton aiguillon, ô enfer! (I *Cor.* xv). Or, il appelle victoire, cette absorption, parce que la victoire était la suite de cette destruction.

« Ils écouteront mes paroles, parce qu'elles sont puissantes. » Le Seigneur lui-même dit : Parce qu'ils sont venus vers moi, ils ont été vaincus; mes paroles les ont remplis de joie, ils sont convertis à moi, et ils sont dans mon Eglise. « Comme une terre compacte. » Tout ce qui est compacte a de l'affinité avec la terre, et l'âme qui pèche s'attache à la terre ; car le Seigneur, dès le commencement, a donné une forme petite à tous les êtres créés. C'est donc par un vice de sa volonté que chacun s'engraisse et s'épaissit, et devient semblable à la terre. Donnons un exemple: Lorsqu'une plaie du corps est tuméfiée, elle est pleine et compacte ; mais, quand le médecin arrive, il fait une incision, il guérit cette plaie et la ramène à des proportions plus petites, c'est-à-dire à la nature dans laquelle le corps a été créé. C'est pour cela que le psalmiste dit ici : « Comme une terre compacte rompue par le soc se répand sur la terre, et qu'elle est ainsi sauvée. »

« Nos os ont été dispersés auprès de l'enfer. » Il est dit dans le psaume vingt-et-unième: Tous nos os ont été dispersés. Si nous l'entendons à la lettre, ce texte n'a point d'application, car le Christ a été simplement crucifié. Lorsque vous voyez Arius, Eunomius en dehors de l'Eglise, comprenez alors dans quel sens les os du Seigneur ont été dispersés auprès de l'enfer. L'os, qui est d'une nature plus forte, signifie les premiers du parti qui paraissent être quelque chose; ils sont séduits par les hérétiques, par leurs bavardages, par leur philosophie, par leurs disputes.

« Gardez-moi du piège qu'ils m'ont dressé. » Les hérétiques ou les démons ne cessent de nous tendre des pièges, car les vices sont voisins des vertus. Ils me tendent des pièges quand je fais l'aumône ; si j'ouvre la main pour être vu des hommes, je parais faire le bien, et je commets une action vicieuse, un péché. Si je donne

calcitravit : dilectus incrassatus est : impinguatus, dilatatus est. (*Deut.* xxxii, *et Jer.* v). Manna autem angelorum tenue est. (*Exod.* xvi).

« Quoniam adhuc, et oratio mea in beneplacitis eorum. » Hoc dicit : Ipsi quidem sapiebant : ego autem pro ipsis orabam ut convertantur. « Absorpti sunt juncti petræ judices eorum. » Sicut alibi dicit : Beatus qui tenebit et allidet parvulos tuos ad petram (*Psal.* cxxxvi). Petra autem erat Christus (I *Cor.* xv). Parvuli autem minores, et parvæ cogitationes antequam crescant. Et nunc ipsi hæretici, licet per Aristotelem et Platonem videatur simplicitatem Ecclesiæ contemnere, tamen quando venerint ad Scripturas, statim absorbebuntur a petra, hoc est, a Christo, et convertentur ad eum. Absorptio enim pro victoria dicitur : sicut Apostolus dicit : Absorpta est mors in victoria ; ubi est, mors, victoria tua ? ubi, inferne stimulus tuus ? (I *Cor.* xv). Victoriam autem dicit ipsam absorptionem, quam victoriam habebat in absorbendo.

« Audient verba mea quoniam potuerunt. » Ipse Dominus dicit : Quia ad me venerunt, victi sunt, et delectati sunt meis verbis, et conversi sunt ad me, et sunt in Ecclesia mea. « Sicut crassitudo terræ. » Omne crassum vicinum est terræ ; et anima quæ peccat, terræ hæret ; Dominus enim ex initio omnia tenuia fecit. Suo ergo vitio unusquisque incrassatur, et deducitur in terram. Demus exemplum : sicut vulnus in corpore tumens plenum est et crassum, et quando venerit medicus secat ipsum, et sanat et tenue facit, et tunc redigitur in suam naturam, quomodo et creatum est. Ideo dicit : « Sicut crassitudo terræ erupta est super terram, et salvatur. »

« Dissipata sunt ossa nostra secus infernum. » In vigesimo primo psalmo dicit: Dissipata sunt universa ossa mea. Si secundum litteram intelligimus, non stat; siquidem crucifixus est tantum. Quando videris Arium, Eunomium, extra Ecclesiam, intellige dissipata esse ossa Domini secus infernum. Os quod forte est, ipsi majores sunt qui videntur aliquid esse : per multiloquium ipsorum, et per philosophiam, et contentionem inducuntur ab hæreticis.

« Custodi me a laqueo quem statuerunt mihi. » Semper nobis laqueos tendunt aut hæretici, aut dæmones, vitia enim vicina sunt virtutibus. Laqueum mihi posuerunt in eleemosyna, si extendero manum meam, ut videant homines: et quasi bonum faciens, venio in vitium et in peccatum. Si autem dedero

ma tunique à mon frère, pour qu'un autre le voie, ils m'ont encore tendu un piège. On tend continuellement des lacs aux cerfs, et des pièges partout où le chasseur peut découvrir leurs traces. Or, le cerf est la figure du saint, parce qu'il est d'une taille élevée, qu'il a de grandes ramures, et qu'il tue les serpents. C'est pour cela qu'il est dit ailleurs : Il a disposé mes pieds comme les pieds des cerfs. (*Ps.* XVII). Le cerf, a, dit-on une telle force, que, par le seul souffle de ses narines, il peut faire sortir les serpents des cavernes, pour les dévorer ensuite. Les serpents, c'est-à-dire les démons, nous préparent donc des pièges, en suivant nos traces dans le chemin où nous marchons, dans les vertus que nous pratiquons, dans l'aumône, en nous portant à la faire devant les hommes par un motif de vaine gloire. Celui, en effet, qui est revêtu d'un cilice doit pleurer ses péchés, ne pas se glorifier et se montrer aux hommes. « Et des pierres d'achoppement de ceux qui opèrent l'iniquité, » afin que je ne vienne pas heurter contre ces pierres.

« Les pécheurs tomberont dans son filet. » Il a dit plus haut au pluriel : « Gardez-moi du piège qu'ils m'ont dressé, et des embûches, etc. ;» ici, il ne parle que d'un seul : « Les pécheurs tomberont dans son filet. » De même que le Seigneur jette son filet, et prend une multitude de poissons, et qu'il a pour pêcheurs les apôtres, qui ramassent les poissons et les lui apportent, c'est-à-dire ceux qui croient en lui, ainsi le diable a d'autres démons qui lui sont soumis, qui sont chargés de tromper les hommes et de les lui amener. « Je suis seul jusqu'à ce que je passe.» Jérémie dit : J'étais assis seul, car j'étais rempli d'amertume (*Jérem.* XV), c'est-à-dire, en faisant pénitence, je suis le seul qui me mette en garde contre ces fourberies. Moïse dit aussi : Je passerai et je verrai cette grande vision. (*Eoxd.* III). S'il ne passe pas, c'est-à-dire au delà de tous les vices, il ne peut voir cette grande vision. Or, cette grande vision, c'était que le buisson brûlait et ne se consumait point ; les épines, c'est-à-dire les péchés, étaient la proie du feu. C'est par ce feu qu'Isaïe était purifié, car c'est le charbon qui était sur l'autel qui vint toucher ses lèvres. (*Isai.* VI). David fait aussi mention de ce charbon : Les flèches aiguës d'un archer vigoureux, avec des charbons destructeurs. (*Ps.* CXIX). Ce charbon est destructeur, il fait la solitude dans l'âme, et purifie le péché.

PSAUME CXLI.

« Intelligence de David, lorsqu'il était dans la caverne, prière. » Ce titre rappelle ce fait de la vie de David lorsqu'il fuyait devant Saül et [illegible] se cacha dans la caverne d'Engaddi, (I *Rois* XXI), est Saül, sans le savoir, entra dans cette caverne pour s'y reposer. Mais comme le titre porte : « Intelligence de David, » nous devons entendre ce psaume dans le sens spirituel. « Le Seigneur est le vrai David, et dans Saül il faut voir le démon. La caverne se trouve en ce monde, car le démon n'en-

tunicam fratri, ut alter videat, laqueum mihi posuerunt. Semper cervis tenduntur retia, et laquei eis ponuntur, ubi vestigia eorum deprehenderit venator. Cervus autem accipitur in sancto : quia altus est, et cornua grandia habet, et interficit serpentes. Propterea dicit alibi : Qui perfecit pedes meos tamquam cervorum. (*Psal.* XVII). Talis enim dicitur esse virtutis, ut spiritu narium suarum protrahere serpentes de cavernis, et sic comedere valeat. Ipsi ergo serpentes ponunt nobis scandala, hoc est, dæmones in ipsis vestigiis nostris ubi gradimur : in virtutibus, in eleemosyna, ut coram hominibus faciamus propter vanam gloriam. In jejunio, in oratione, in vestiendo cicilium : et ostendere hominibus. Qui enim vestitur cicilio, debet lugere sua peccata : non gloriari, et ostendere hominibus. « Et a scandalis operantium iniquitatem. » Hoc est, ut non offendam.

« Cadent in retiaculo ejus peccatores. » Superius dixit, custodi me a laqueo quem statuerunt mihi, de multis, nunc autem de uno : « Cadent in retiaculo ejus peccatores. » Quemadmodum Dominus mittit rete, et comprehendit multitudinem piscium, et habet apostolos piscatores colligentes et afferentes ad eum, hos ipsos qui per eos credunt, ita et diabolus habet dæmones, qui ei subjecti sunt, qui et decipiunt homines et afferunt illi. « Singulariter sum ego donec transeam. Dicit Jeremias : Solus sedebam, amaritudine enim repletus eram. (*Jerem.* XV). Hoc est, in pœnitentia, solus ego hos dolos caveo. Et Moyses dicit : Transiens videbo hanc visionem magnam. (*Exod.* III). Si non transierit, hoc est, omnia vitia, non potest videre magnam visionem. Magna autem visio : quia rubus ardebat, et non incendebatur ; ardebant spinæ, hoc est, peccata. Hoc igne mundatur et Isaia : iste est enim carbo qui tetigit labia ejus, qui erat super altare. (*Isai.* VI). Hujus carbonis meminit et propheta David : Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis. (*Psal.* XIX). Iste carbo desolator est, solitudinem facit et peccatorem purgat.

PSALMUS CLXI.

« Intellectus David, cum esset in spelunca oratio. » Præscribitur iste titulus secundum historiam quidem quando fugiebat David a facie Saul, in deserto Engaddi in spelunca absconsus. (I *Reg.* XXIV). Et ingressus est ignorans Saul, quasi sua causa. Sed quoniam habet in præscriptione. « Intellectus David : » debemus spiritualiter intelligere psalmum. Accipitur quidem in Domino verus David, et in-

voie en ce monde rien de bon; c'est de l'ordure, de la corruption et de la pourriture. La caverne est dans ce monde présent, dont la lumière est loin d'être parfaite, si on la compare à la lumière de la vie future ; c'est un commencement de lumière que le Seigneur a fait briller sur le monde lorsqu'il s'est fait homme ; ce qui fait dire à l'Apôtre: Il est la lumière de sa gloire. (*Hebr*. I). Ainsi donc, de même que David entra dans cette caverne pour se dérober aux poursuites de Saül, ainsi le Seigneur vint en ce monde pour y souffrir persécution.

« J'ai élevé ma voix pour crier vers le Seigneur, j'ai poussé vers lui des cris suppliants, je répands ma prière en sa présence. » Notre-Seigneur parle ainsi dans l'humilité de sa nature corporelle, pour montrer qu'il est vraiment homme, comme nous l'avons dit souvent. « J'expose devant lui ma tribulation, lorsque mon âme est toute prête à défaillir.» Ni la tribulation de l'heure présente, ni la défaillance de l'esprit ne l'arrêtent, mais la voix spirituelle de sa prière ne cesse de crier vers Dieu. « Et vous, Seigneur, vous connaissez mes voies, » les doctrines que j'enseigne.

« Ils m'ont tendu un piège secret dans cette voie où je marchais. » Les Juifs lui ont fréquemment tendu des pièges cachés dans le chemin de la vie présente, comme nous l'avons fait voir dans d'autres psaumes.

« Je considérais à ma droite, » afin de les amener de la gauche à la droite ; « et je regardais, et il n'y avait personne qui me connût, » qui connût en moi le Dieu couvert d'une chair mortelle.

« Point de fuite pour moi. » Il n'y a point eu de fuite pour lui, lorsque, dénoncé par les Juifs, il s'offrit souvent à eux, et n'en fut point reconnu. « Et il n'y a personne qui s'enquière de mon âme. » Ils se saisissent de son corps pour le crucifier, mais ils ne se mettent point en peine de son âme; c'est-à-dire, ils ne peuvent l'atteindre.

« J'ai crié vers vous, Seigneur : » du haut de la croix, « J'ai dit : Vous êtes mon espérance, » en remettant mon âme entre vos mains (*Luc*. XXIII) ; « mon partage dans la terre des vivants,» parmi les saints qui sont transportés dans cette terre, comme le Seigneur le promet au bon larron : « Je vous dis, en vérité, vous serez avec moi aujourd'hui en paradis. »

« Soyez attentif à ma supplication, parce que je suis profondément humilié. Délivrez-moi de ceux qui me persécutent, car ils sont devenus plus forts que moi, etc.» Il demande à son Père d'être tiré des prisons de l'enfer, afin que sa résurrection soit l'honneur du nom de son Père. Il fait voir quels sont ceux qui publieront sa résurrection : « Les justes m'attendent, » les apôtres et les autres saints, dont je comble l'attente et l'espérance en ressuscitant. « Jusqu'à ce que vous me rendiez » cette gloire que j'aie eue en vous avant la création du monde. (*Jean* XVII). Et nous aussi, nous vous supplions humblement, et nous vous demandons qu'exauçant

telligitur Saul in diabolo. Spelunca autem in hoc mundo : et quod diabolus non immittit in hunc mundum aliquid boni, sed stercus, et si quid putridum est. Spelunca autem intelligitur iste mundus, quia perfectum lumen non habet, quantum ad comparationem futuri, sed quasi lumen aliquod illuxit Dominus veniens in hunc mundum. Propterea dicit Apostolus : Qui est lumen gloriæ ejus. (*Hebr*. I). Ergo sicut David introivit in speluncam abscondens se a Saul : ita et Dominus ingressus est in hunc mundum, et persecutionem passus est.

« Voce mea ad Dominum clamavi : voce mea ad Dominum deprecatus sum. Effundo in conspectu ejus orationem meam. » Omnia hæc in humilitate corporea loquitur, ut se verum hominem, sicut sæpe diximus manifestet. « Tribulationem meam ante ipsum pronuntio : in deficiendo in me spiritum meum. » Neque tribulatio præsens, neque defectio spiritus impedit : sed jugiter spiritualis vocis oratione clamare non desinit. « Et tu cognovisti semitas meas, » Doctrinas quas doceo.

« In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueos mihi. » Sæpius ei a Judæis absconditos tentationum laqueos in via præsentis vitæ, et in aliis declaravimus psalmis.

« Considerabam a dextris. » Ut de sinistra ad dexteram adducerentur. « Et videbam, quia non erat qui cognosceret me. » Deum carne contectum.

« Periit fuga a me. » Periit fuga ejus, cum delatus a Judæis sæpius ultro iterum se obtulit, nec est agnitus ab eis. « Et non est qui quærat animam meam.» Corpus accipiunt ad crucifigendum : animam autem non requirunt, id est, non attingunt.

« Clamavi ad te, Domine. » De cruce. « Dixi, tu es spes mea. » Commendans in manibus tuis spiritum meum. (*Luc*. XXIII). « Portio mea in terra viventium.» In sanctis qui in eam transferuntur, sicut et latroni ait : Amen dico tibi, quia hodie mecum eris in paradiso.

« Intende in orationem meam : quia humiliatus sum nimis. Libera me a persequentibus me : quia confortati sunt super me, » etc. A Patre se educi de inferni claustris postulat, ut resurrectio ejus paterni nominis honor sit. Quæ confessio a quibus sit confitenda ostendit, dicens : « Me expectant justi. » Apostoli vel reliqui sancti, quorum exspectationi, cum resurrexero satisfacio. « Donec retribuas mihi.» Claritatem illam quam habui, priusquam mundus fieret, apud te. (*Joan*. XVII). Et nos humiliter depre-

la voix de nos cris, après nous avoir tiré des cachots de l'enfer, vous ordonniez que nous soyons transportés de ce séjour de mort là où vous avez préparé au larron, crucifié avec vous, un lieu de lumière et de repos, parce qu'à vous est l'honneur et la gloire, avec le Père et le Saint-Esprit, dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

PSAUME CXLII.

« Psaume de David, lorsque son fils Absalon le poursuivait. » Ce psaume exprime les sentiments de celui qui s'est anéanti lui-même pour la rédemption des hommes, en prenant la forme d'esclave pour nous délivrer de la servitude. (*Philip.* II).

« Seigneur, exaucez ma prière. » Ces paroles sont suppliantes, pleines d'humilité et de miséricorde. « Prêtez l'oreille à ma supplication dans votre vérité. » Ici la confiance se joint à l'humilité ; « dans votre vérité, » c'est-à-dire dans votre Christ. Je suis la voie, la vérité et la vie (*Jean* XIV) ; « exaucez-moi dans votre justice,» dans votre Christ, c'est-à-dire, je n'ai point de confiance en moi, mais j'implore votre vérité et votre justice, afin qu'elles aient pitié de moi.

« Et n'entrez point en jugement avec votre serviteur. » Il démontre ici, de la manière la plus évidente, qu'il attend la miséricorde de Dieu, lorsqu'il dit : « Et n'entrez point en jugement avec votre serviteur, » comme s'il y avait quelqu'un pour juger entre Dieu et le prophète, ainsi qu'il est écrit dans le psaume cinquante : « Afin que vous soyez trouvé juste dans vos discours et que vous soyez victorieux lorsqu'on vous juge. Or, Dieu entre en jugement, pour punir avec justice. Cyrus, roi des Perses et des Mèdes, fit quelque chose de semblable à l'égard du roi des Arméniens, lorsque ce roi trahit l'alliance qui existait entre eux. Il le vainquit, le fit captif, et il appela ses propres parents, son épouse et ses enfants, à juger entre eux, afin qu'il pût lui faire grâce ou le chatier, selon les règles de la justice. « Parce que nul homme vivant ne sera trouvé juste en votre présence. » Le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac, le Dieu de Jacob, est le Dieu non des morts, mais des vivants. (*Luc.* XX). Donc les patriarches eux-mêmes ne seront point justifiés en la présence de Dieu, car les étoiles ne sont pas pures en sa présence (*Job.* XXV).

« Parce que l'ennemi a poursuivi mon âme.» Ces paroles n'ont pas besoin d'interprétation. Nul doute que ce ne soit le démon. Il humilie ma vie jusque dans la terre. » Voici ce qu'il veut dire : Auparavant j'avais des ailes et je volais ; maintenant; l'ennemi a poursuivi mon âme, il s'en est rendu maître, il m'a lié les pieds et les mains comme à un oiseau qui est tombé au pouvoir de l'homme, et il paraît comme mort, parce qu'il a perdu l'usage de ses ailes pour voler; c'est ainsi, dit le prophète, que mon ennemi m'a lié par la conscience de mes péchés.

« Il m'a jeté dans les lieux obscurs, comme

camur ac petimus, ut suscepta voce clamoris nostri, eductos ex inferni carcere, illuc nos jubeas transferi de morte, ubi pendenti latroni præparasti locum lucidum ac quietem : quia tibi est honor et gloria cum Patre et Spiritu sancto in sæcula sæculorum. Amen.

PSALMUS CXLII.

« Psalmus David, quando persequebatur eum filius suus Absalon. » Iste psalmus vocem continet illius qui pro humana redemptione seipsum exinanivit, accipiens formam servi, ut nos erueret a servitute. (*Philipp.* II).

« Domine exaudi orationem meam. » Humilia verba et plena humilitatis et misericordiæ. « Auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua. » Confidentis verba sunt. « In veritate tua, » hoc est, in Christo tuo ; ego sum via, vita, et veritas. (*Joan.* XIV). « Et exaudi me in tua justitia. » Et in Christo tuo ; hoc est, non confido mihi, sed ego veritatem et justitiam tuam peto, ut ipsa mei misereatur.

« Et non intres in judicium cum servo tuo. » Ecce manifestissime demonstravit, quia misericordiam Dei præstolatur, dicens : « Et non intres in judicium cum servo tuo. » Hic quasi aliquis judicet inter Deum et prophetam, sicut et in quinquagesimo psalmo scriptum est : Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas cum judicaris. Et propterea intrat in judicium Deus, ut juste puniat. Tale quid fecit et Cyrus, rex Persarum et Medorum, regi Armeniorum, quando transgressus est amicitias ejus. Vicit eum et captivum accepit, et proprios illius cognatos : et uxorem, et filios fecit judicare inter illos : ut juste aut misereatur, aut puniat. « Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens. » Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob : Deus viventium et non mortuorum. (*Luc.* XX). Ergo nec ipsi patriarchæ justificabuntur in conspectu Dei. Stellæ enim non sunt mundæ in conspectu ejus. (*Job.* XXV).

« Quia persecutus est inimicus animam meam. » Hoc interpretatione non indiget. Nulli dubium, quin diabolus. « Humiliavit in terra vitam meam. » Hoc est, quod dicit : ante alas habebam, et volabam : nunc autem persecutus est inimicus animam meam : et apprehendit, et ligavit mihi pedes et manus, quemadmodum volatile ab homine comprehenditur, ut quasi videatur mortuum esse : quia non habet licentiam alarum suarum ut volet. Ita et me, inquit, inimicus ligavit conscientia peccatorum meorum.

« Collocavit me in obscuris, sicut mortuos sæculi.» Si sicut mortuos sæculi, adhuc necdum mortuus,

les morts du siècle. » S'il est comme les morts du siècle, il n'est pas encore entièrement mort, parce qu'il est dans la voie de la pénitence. Mais si, après avoir péché, on ne fait point pénitence, alors on devient un mort du siècle, non pas comme un mort, mais véritablement mort. Voilà donc ce qu'a pensé mon ennemi, parce que je ne fais point pénitence pour les péchés qu'il m'a excité à commettre. Mon esprit a été dans l'anxiété sur mon sort. » Commencez par accuser vos péchés, et vous serez sauvé. (*Isai.* XLIII). Et encore : Si vous poussez seulement un soupir pour vos péchés, vous serez sauvé. (*Ezech.* XVIII). « Mon cœur a été troublé au-dedans de moi, » à cause de ma conscience, qui me reprochait mon péché.

« Je me suis souvenu des jours anciens. » Je me suis souvenu de mes premiers jours, alors que j'étais plein de confiance, mais maintenant je suis dans une profonde nuit.

« J'ai étendu mes mains vers vous. » Retenu captif par mon ennemi, je ne puis faire autre chose que de faire pénitence et de lever les mains vers vous. « Mon âme est en votre présence comme une terre sans eau. » Comme une terre sans eau a soif et appelle la pluie, ainsi mon âme vous désire et a soif de vous, qui êtes son Dieu.

« Hâtez-vous, Seigneur, de m'exaucer, mon âme est dans la défaillance. » Mon âme et ma chair sont dans la défaillance, mon esprit seul est resté en moi, et lui-même se sent défaillir ; mais, hâtez-vous, Seigneur, de me secourir et ayez pitié de moi.

« Faites-moi connaître la voie dans laquelle je dois marcher. » Faites-moi connaître votre Christ, qui a dit : Je suis la voie. (*Jean* XIV).

« Votre Esprit qui est bon, me conduira dans une voie droite. » Ici, les ariens, dont l'impiété n'a point de bornes, nous font cette objection : Bon Maître, que ferai-je de bien pour être sauvé? Jésus leur répond : Nul n'est bon que Dieu seul. (*Luc.* XVIII). Donc, si le Fils n'est pas bon, mais le Père seul, le Père est donc plus grand que le Fils ? Donc, dans ton sens, impie Arien, qui est le plus grand du Fils ou de l'Esprit-Saint? Tu réponds, le Fils. Or, le prophète dit ici : Votre Esprit, qui est bon, me conduira dans une voie droite. » Donc, si l'Esprit, qui est inférieur au Fils, comme tu le dis, est bon, à plus forte raison le Fils, que tu dis être plus grand que l'Esprit-Saint, doit-il être bon lui-même? Voici comment l'Evangile nous raconte ce fait : Un des Scribes s'approche de Jésus pour le tenter, et lui dit : Bon Maître, et Jésus lui répond : Pourquoi m'appelez-vous bon, sans vouloir le reconnaître ? (*Matth.* XIX). C'est comme si un chrétien voulant tenter son évêque, qu'il méprise, lui disait : Evêque, et que celui-ci répondît : Je ne suis point évêque pour vous, retirez-vous de moi. Vous n'avez pas lu dans un autre endroit : Le bon pasteur donne sa vie pour ses brebis ? (*Jean* X). Mais qui peut être meilleur que le Fils, qui pour nous s'est revêtu d'une chair mortelle,

quia in pœnitentia stat. Si quis autem peccans non agit pœnitentiam, hic mortuus est sæculi, et non sicut mortuus, sed perfecte mortuus. Hoc ergo putavit inimicus, quia non ago pœnitentiam pro peccatis quæ ipse mihi suggessit ut faciam. « Et anxiatus est super me spiritus meus. » Tu dic prius peccata tua, et salvus eris. (*Isai.* XLIII). Et iterum : Si solum suspiraveris pro peccatis tuis, salvus eris. (*Ezech.* XVIII). « In me turbatum est cor meum. » Propter conscientiam meam, quia peccavi.

« Memor fui dierum antiquorum. » Dierum meorum priorum memor fui, quando habebam confidentiam : nunc autem mihi nox est.

« Expandi manus meas ad te. » Ligatus ab inimico, nihil aliud possum facere nisi pœnitentiam agere, et manus meas levare ad te. « Anima mea sicut terra sine aqua tibi. » Sicut terra sine aqua sitit et quærit imbrem : ita et anima mea desiderat et sitit te, Deum suum.

« Velociter exaudi me, Domine : defecit Spiritus meus. » Anima mea defecit, et caro mea defecit : spiritus tantum remansit in me, et ipse defecit ; sed, « velociter exaudi me, » Domine, et miserere mei.

« Notam fac mihi viam in quam ambulem. » Christum tuum notum fac mihi, qui dixit : Ego sum via. (*Joan.* XIV).

« Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. » Hic impiissimi Ariani proponunt nobis, et dicunt : Magister bone, quid faciam boni ut salvus fiam ? Qui dicit : Quid me dicis bonum ? Nemo est bonus nisi unus Deus. (*Luc.* XVIII). Ergo si Filius non est bonus, sed Pater : major est Pater Filio. Ergo secundum tuum sensum, impiissime Ariane, quis major ? Filius, an Spiritus sanctus ? Utique dicis, Filius. Hic ergo dicit : « Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. » Ergo si Spiritus bonus est, qui minor est, sicut tu dicis : multo magis Filius bonus est, quem tu majorem dicis. In Evangelio autem ita habet : Et accedens unus de scribis tentans eum, ait : Magister bone, et ait : Quid me dicis bonum, et non confiteris ? (*Matth.* XIX). Sicut si aliquis tentans episcopum suum, quem contemnit, dicat illi : Episcope, et ille respondet : Tibi non sum episcopus, recede a me. Alibi autem non legistis : Bonus pastor ponit animam suam pro ovibus suis ? (*Joan.* X). Quid autem melius Filio qui carnem induit propter

qui a souffert en descendant du trône de sa majesté, s'est renfermé neuf mois dans le sein de la Vierge, a été couché dans un berceau, s'est soumis à un accroissement successif, a consenti à être frappé de coups, souffleté, crucifié ? Quelle bonté plus grande ?

PSAUME CXLIII.

En faveur de ceux qui ne connaissent point la langue latine, bien que nous ayons beaucoup parlé de l'Evangile, nous devons cependant dire quelque chose du livre des Psaumes, de peur qu'en face de ceux qui sont rassasiés, les autres ne s'en retournent à jeun. Mais comme ce Psaume est long et que, si nous voulions nous arrêter à chaque verset, le jour ne suffirait pas, nous devons indiquer brièvement le sens de chaque verset, plutôt que de discuter longuement sur les paroles.

« Béni soit le Seigneur, mon Dieu, qui instruit mes mains au combat et mes doigts à la guerre. » Celui qui donne de courtes explications obtient cet avantage qu'il ne reçoit pas, il est vrai, de louanges, mais que ceux qui l'entendent retiennent l'interprétation qu'il donne. « Béni soit le Seigneur, mon Dieu, qui instruit mes mains au combat, et mes doigts à la guerre. » Elevons nos mains vers les choses saintes, sans contention et sans dispute d'opinion, et élevons-les en tout lieu ; et lorsque nous aurons ainsi élevé nos mains, les prières que nous adressons à Dieu seront autant d'armes contre le démon. « Qui instruit mes mains au combat, et mes doigts à la guerre. » C'est là notre lyre, notre harpe, c'est avec ces instruments que nous chantons au Seigneur.

« Il est ma miséricorde, mon refuge, mon soutien et mon libérateur ; il est mon protecteur, et j'ai espéré en lui. » Dieu daigne être appelé de tous ces grands noms ; autant de noms, autant de bienfaits. « C'est lui qui m'assujettit mon peuple. » Ces paroles peuvent convenir à Jésus-Christ, c'est-à-dire à la nature humaine qu'il a prise. On peut aussi les rapporter aux apôtres, parce qu'il y est dit : « Qui m'assujettit mon peuple. » C'est ce que peut dire le Père abbé d'un monastère, en rendant grâces à Dieu : Béni soit le Seigneur mon Dieu, qui m'assujettit mon peuple. » Car ce n'est point à moi qu'il est assujetti, c'est à vous ; il m'obéit, afin de vous obéir.

« Seigneur, qu'est-ce que l'homme, pour vous être manifesté à lui ? Ou qu'est-ce que le Fils de l'homme, pour que vous pensiez à lui ? Le psalmiste exprime les mêmes sentiments dans le psaume huitième : Qu'est-ce que l'homme, pour vous souvenir de lui, ou le Fils de l'homme, pour que vous le visitiez ? « Seigneur, qu'est-ce que l'homme, pour vous être manifesté à lui ? » Il parle ici de la fragilité du corps et de la condition de la nature humaine. Et que dit-il ? Si vous considérez la chair, qu'est-ce que l'homme ? Si vous considérez l'âme, l'homme a vraiment de la grandeur. Ne méprisons point la chair, mais déversons notre mépris sur les œuvres de la chair ; ne méprisons point la chair

nos, et passus est, et descendens de sua majestate, novem menses in utero Virginis in sanguine fuit, in cunabulis fuit, passus est per momenta crescere et verberari, et colapbizari, et crucifigi ? Quid est hoc melius ?

PSALMUS CXLIII.

Propter eos qui ignorant Latinam linguam, licet multa de Evangelio dixerimus, tamen debemus et de Psalterio quædam dicere : ut aliis saturatis, alii jejuni non redeant. Quoniam autem longus est psalmus, et si voluerimus in singulis versiculis immorari, dies præterit : debemus breviter ad singula quæque sensus magis quam verba replicare.

« Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, et digitos meos ad bellum. » Qui breviter interpretatur, hoc consequitur, ut ipse laudem non habeat, et tamen quodcumque in interpretatione est, retineant illi qui audierunt. « Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, et digitos meos ad bellum. » Levemus manus in sancta sine cogitationibus et disceptationibus ; levemus in omni loco ; et cum levaverimus manus nostras, orationes nostræ ad Deum arma sunt contra diabolum. « Qui docet manus meas ad prælium, et digitos meos ad bellum. » Hæc est lyra nostra, hæc cithara ; in hac cantamus Domino.

« Misericordia mea, et refugium meum, susceptor meus et liberator meus. Protector meus, et in ipso speravi. » In tantis nominibus appellatur Deus ; quot beneficia, tot nomina. « Qui subdis populum meum sub me. » Hoc potest ex persona Christi dici, hoc est, ex assumpto homine. Potest autem ex persona apostolorum dici, quia dicitur : « Qui subdis populum meum sub me. » Dicit hoc et sanctus Pater in monasterio, et gratias referens Deo dicit : Benedictus Dominus Deus meus, « qui subdis populum meum sub me. » Non enim mihi subjicitur ; sed tibi subjicitur ; ideo mihi servit, ut serviat tibi.

« Domine, quid est homo, quia innotuisti ei : aut filius hominis, quia reputas eum ? » Hoc ipsum et in octavo psalmo dicitur : Quid est homo quod memor es ejus : aut filius hominis, quoniam visitas eum ? « Domine, quid est homo, quia innotuisti ei ? » De fragilitate corporis et humana conditione loquitur ? Et quid dicit ? Si carnem aspicias, quid est homo ? Si spiritum, grande quiddam est homo. Non despiciamus carnem, sed carnis opera contemnamus ; non despiciamus carnem, quæ cum Christo regnat in

qui règne avec Jésus-Christ dans le ciel. La chair et le sang ne possèderont point le royaume de Dieu, dit l'Apôtre (I *Cor*. xv); ce n'est ni la chair, ni le sang qui sont exclus ; mais les œuvres de la chair. Si la chair et le sang ne pouvaient posséder le royaume de Dieu, comment règnent-ils en Jésus-Christ, et comment sommes-nous dès maintenant assis dans les cieux avec Jésus-Christ? « Seigneur, qu'est ce que l'homme pour vous être manifesté à lui, ou qu'est ce que le Fils de l'homme pour que vous pensiez à lui? Il rend grâces à Dieu, et voici ce qu'il veut dire: A ne considérer que la condition de la nature humaine, l'homme n'est rien ; vanité des vanités, et tout est vanité, dit l'Ecclesiaste. Si tout est vanité, donc aussi le ciel, donc aussi les anges. Si le ciel et les anges ne sont que vanité, quelle vanité doit être l'homme! Et si les anges et le ciel ne sont que vanité, pourquoi a-t-il créé la vanité? C'est une vanité en comparaison de Dieu, mais, considérés en eux-mêmes, ils ne sont point vanité. (*Eccles*. I). « Seigneur, qu'est ce que l'homme, pour vous être manifesté à lui?» C'est un grand bonheur pour l'homme de connaître son Créateur. C'est par là que nous différons des animaux, parce que nous connaissons notre Créateur, tandis que les animaux ne le connaissent point. L'attitude elle-même de notre corps semble chercher son Créateur; les autres animaux regardent la terre, et leurs yeux suivent la direction de leur ventre. Nos yeux, au contraire, sont élevés vers les cieux, afin que, si notre âme est aveugle, nous ne laissions pas de regarder nécessairement le ciel des yeux du corps.

« L'homme est devenu semblable à la vanité, ses jours passent comme l'ombre. » Nos jours sont vraiment comme l'ombre. J'ai été petit enfant, j'ai été enfant, j'ai été adolescent, j'ai été jeune homme, j'ai été homme fait, c'est-à-dire j'ai atteint l'âge parfait, je suis arrivé à la moitié de la vie, et bientôt, sans que je m'en aperçoive, je suis devenu vieillard, et la mort s'apprête à succéder à la vieillesse. Je change tous les jours, et je ne sens pas que je ne suis rien. Nous ne restons pas un seul instant de notre vie dans le même état, mais toujours ou nous croissons, ou nous décroissons. L'homme change donc, à chaque instant, et il meurt au moment où il y pense le moins. Vieillard, je me rappelle ce que j'ai été, ce que j'ai fait petit enfant, comment je jouais, je courais de çà et de là, et je me vois maintenant courbé sous le poids des années! « Ses jours passent comme l'ombre. » Notre vie paraît être une ombre, et n'a point de substance, de fondement; or, ce qui n'a point de fondement, n'est point longtemps sans périr. Donc, puisque l'homme est si misérable, puisqu'il est si infirme, que demanderons-nous? quel sera l'objet de notre prière? Que demande ici le prophète, et quelle est sa prière?

« Seigneur, abaissez vos cieux et descendez. » Vous ne pouvez sauver cette bassesse de l'homme qu'en vous en revêtant vous-même. « Seigneur, abaissez vos cieux et descendez. » Votre brebis errante ne pourra être guérie si

cœlo. Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt (I *Cor*. xv); non caro et sanguis, sed carnis opera. Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt, et quomodo in Christo regnant, et quomodo sedemus cum Christo in cœlestibus? « Domine, quid est homo, quia innotuisti ei : aut filius hominis, quia reputas eum? Gratias agit Deo, et quod dicit, hoc est: Quantum ad humanam conditionem, homo nihil est; vanitas vanitatum, et omnia vanitas, dicit Ecclesiastes. Si omnia vanitas, ergo et cœlum, ergo et angeli. Si cœlum et angeli vanitas : homo quanta vanitas! Et si vanitas angeli, si cœlum vanitas : Deus ergo quare vanitatem operatus est? Vanitas ad comparationem Dei: cæterum per se non vanitas. (*Eccles*. I). « Domine, quid est homo, quia innotuisti ei?» Grandis hominis felicitas scire creatorem suum. Hoc a bestiis distamus quia nos intelligimus Creatorem nostrum ; illa non intelligunt. Sed et ipse status corporis suum quærit artificem ; cætera animalia terram respiciunt, et ubi venter, ibi et oculi. Cæterum oculi nostri ad cœlum erecti sunt, ut et si mens fuerit obcæcata, tamen invictis oculis cœlum videamus.

« Homo vanitati similis factus est, dies ejus sicut umbra prætereunt. » Vere dies nostri quasi umbra. Fui infantulus, fui puer, fui adolescentulus, fui juvenis, fui vir, hoc est, fui ætatis perfectæ, fui mediæ ; dum nescio, senex sum ; senectuti mors subrepit. Mutor quotidie, et nihil me esse non sentio. Ne uno quidem momento horæ stamus in statu nostro, sed semper aut crescimus aut decrescimus. Ergo homo per momenta mutatur, et dum nescit, interit. Ego senex, recordor infantulus quid fuerim, quid fecerim, quomodo luserim, quomodo huc illucque discurrerim : nunc me video nimio pondere prægravatum. « Dies ejus sicut umbra prætereunt. » Vita nostra umbra esse videtur, et substantiam non habet ; quod autem substantiam non habet, cito perit. Quia ergo homo tam miserabilis est : quia sic est infirmus, quid inde precamur? quid rogamus? quid hic dicit propheta? quid est quod precatur?

« Domine, inclina cœlos tuos, et descende. » Non poteris servare istam hominis vilitatem, nisi ipse eam indueris. « Domine, inclina cœlos tuos, et descende. » Ovis tua erronea sanari non poterit, nisi tuis

vous ne la reportez sur vos épaules. (*Luc.* xv). « Touchez les montagnes, et elles se dissiperont en fumée. » En vérité, en vérité je vous le dis, si vous aviez la foi comme un grain de sénevé, vous pourriez dire à cette montagne : Transporte-toi là, et elle se transporterait. (*Matth.* xvii). Le Sauveur parlait ici d'un lunatique comme d'une montagne qui ne pouvait être transportée par ses disciples. Il est écrit dans Jérémie : Rendez gloire au Seigneur notre Dieu, avant que vos pieds ne viennent heurter contre les montagnes couvertes de ténèbres. (*Jérem.* xiii). Pourquoi toutes ces citations ? A l'occasion de ce qu'ajoute ici le prophète : « Touchez les montagnes, et elles se dissiperont en fumée : Il n'a pas dit : elles s'embraseront, mais « elles fumeront. » Que les montagnes portent le signe propre de leur supplice, signe qui n'est point un signe de splendeur et d'éclat.

« Faites briller vos éclairs, et vous les dissiperez. » Considérez le sens de ces paroles. Il ne dit point : Vous les détruirez, mais : « vous les dissiperez. » Nous lisons dans la Genèse que lorsque les hommes voulurent élever une tour, Dieu dit : Venez, descendons et confondons leurs langues, afin qu'ils ne puissent s'entendre, mais qu'ils soient dispersés (*Gen* xi) ; c'est dans leur intérêt.

« Envoyez votre main d'en haut. » Seigneur, qui a cru à notre parole et à qui le bras du Seigneur a-t-il été révélé ? (*Isaï* liii). « Envoyez votre main d'en haut, Seigneur ; inclinez vos cieux et descendez. » C'est au Fils que ces paroles s'adressent : « Inclinez les cieux et descendez. » Et pourquoi dire alors : « Envoyez votre main d'en haut ? » S'il est descendu, comment peut-il envoyer sa main d'en haut ? Oui, bien qu'il soit sur la terre, il envoie sa main d'en haut, car il ne quitte point le ciel. « Délivrez-moi, sauvez-moi des grandes eaux. » Par là même que vous êtes descendu, que vous avez incliné les cieux, que vous avez envoyé votre main d'en haut, que vous avez daigné vous revêtir d'une chair humaine, et qu'un grand nombre ont cru en vous, au lieu d'une seule eau, les eaux se sont multipliées ; vous voyez des hérésies diverses répandues dans tout l'univers. « Délivrez-moi, sauvez-moi des eaux nombreuses, » et donnez-moi de puiser à la source d'eau vive, car il n'y a qu'un seul Dieu, une seule foi, un seul baptême. (*Ephes.* iv). « Délivrez-moi des eaux nombreuses, » car ces eaux nombreuses n'engendrent point vos enfants, mais des enfants étrangers. Aussi le prophète ajoute : « Délivrez-moi des eaux nombreuses, et de la main des fils étrangers. Ceux qui naissent dans ces eaux nombreuses ne sont pas vos fils, mais des fils étrangers.

« Dont la bouche a proféré des paroles de vanité. » Ils se vantent d'avoir la science, et leur bouche s'élève contre leur créateur. Ils ont posé leur bouche contre le ciel. « Leur bouche

humeris reportetur. (*Luc.* xv). « Tange montes, et fumigabunt. » Amen, amen dico vobis : si habueritis fidem ut granum sinapis : poteritis dicere monti huic : transi, et transferetur. (*Matth.* xvii). Ibi de lunatico dicebatur, de illo monte, qui ab illis transferri non poterat. Scriptum est in Jeremia : Date Domino Deo nostro gloriam, antequam offendant pedes vestri ad montes tenebrosos. (*Jer.* xiii). Hoc totum quare diximus ? Quoniam et nunc sequitur : « Tange montes, et fumigabunt. » Montes qui regnant : montes qui erecti sunt per superbiam : qui dicunt : Mea sunt flumina, et ego feci ea. « Tange montes, et fumigabunt. » Non dixit, inflammabuntur ; sed, « fumigabunt. » Habeant montes pœnæ indicium : non fulgoris, non splendoris.

« Fulgura coruscationes, et dissipabis eos. » Vide quid dicat. Non dixit, delebis eos ; sed, « dissipabis eos. » Legimus in Genesi, eo tempore quo fabricabant turrem, dixit Deus : Venite, descendamus et confundamus linguas eorum, ne aliquando in se consensum habeant, sed dispergantur (*Gen.* xi) ; prodest illis.

« Emitte manum tuam de alto. » Domine, quis credidit auditui nostro, et brachium Domini cui revelatum est? (*Isai.* liii). « Emitte manum tuam de alto. Domine, inclina cœlos tuos et descende. » Hoc ad Filium dicitur : « Inclina cœlos tuos et descende. » Et quomodo dixit : « Emitte manum tuam de alto ?» Si descendit, quomodo manum mittit de alto ? Sed licet in terra sit, tamen de cœlo mittit manum : non enim recedit de cœlo. « Eripe me, et libera me de aquis multis. » Quoniam descendisti, quoniam inclinasti cœlos, et misisti manum tuam de alto, et humanam carnem dignatus es assumere, et multi crediderunt in te : pro una aqua plures aquæ esse cœperunt : videas dispersas in toto orbe esse hæreses diversas. « Eripe me, et libera me de aquis multis : et præsta mihi fontem viventem ; unus est enim Deus, una fides, unum baptisma. (*Ephes.* iv). « Libera me de aquis multis ; Illæ enim aquæ multæ non generant filios tuos, sed filios alienos. Unde sequitur : « Libera me de aquis multis, et de manu filiorum alienorum. Non sunt enim filii tui, qui nascuntur in multis aquis ; sed alieni filii sunt.

« Quorum os locutum est vanitatem. » Scientiam sibi repromittunt, et erigunt os contra Creatorem suum. Posuerunt in cœlo os suum. « Quorum os locutum est vanitatem ; » scientia illorum, vanitatis

a proféré des paroles de vanité, » leur science est la science de la vanité, « et leur droite est un instrument d'iniquité. » Dieu condamne à la fois leur bouche et leurs mains, leur science et leurs œuvres. « Leur bouche a proféré des paroles de vanité, » c'est leur science ; « et leur droite est un instrument d'iniquité ; » la droite est le symbole de l'action. Ils se vantent d'avoir une droite, mais ils sont tout entiers à gauche ; leur droite est une droite d'injustice et non une droite d'équité. Aussi c'est à cette gauche qu'il est dit : Que le démon se tienne à sa droite. (*Ps.* CVIII). Le démon se tient à la droite de celui dont la droite est un instrument d'iniquité.

« O Dieu ! je vous chanterai un cantique nouveau. « A un nouvel homme, un nouveau cantique. « O Dieu ! je vous chanterai un cantique nouveau. « Chantez au Seigneur un cantique nouveau. » (*Ps.* XCV). Il dit avec justesse : Je chanterai, et non je chante. C'est plus tard qu'il promet de chanter ; la vie présente est le temps non des chants, mais du combat ; une armée ne chante que lorsqu'elle est victorieuse ; donc, puisqu'il me faut combattre dans la vie présente, je n'ai point le temps de chanter ; lorsque je serai vainqueur, alors je chanterai : « Je célébrerai votre gloire sur la lyre à dix cordes. » Alors, j'étendrai les deux mains, et je chanterai en votre honneur sur des cordes vivantes ; ma prière est cette lyre à dix cordes.

« O vous qui sauvez les rois etc. » Quels rois ? Le cœur du roi est dans la main de Dieu. (*Prov.* XXI) ; ceux qui règnent sur leur corps, qui s'assujettissent leur corps et le réduisent en servitude, de peur qu'après avoir prêché aux autres, ils ne soient eux-mêmes réprouvés. (II *Cor* IX). Ce sont ces rois dont la sagesse dit dans les Proverbes : C'est lui qui donne aux rois la puissance de régner. (*Prov.* VIII).

« Délivrez-moi et arrachez-moi à la main des fils de l'étranger. » C'est la répétition des versets qui précèdent. « Dont la bouche a proféré des paroles de vanité, et leur droite est un instrument d'iniquité. Leurs fils sont comme de nouvelles plantes dans la vigueur de la jeunesse ; arrachez-moi à la main des fils de l'étranger. » Voyez ici quels sont les fils des hérétiques, dont les fils sont comme de nouvelles plantes dans la vigueur de leur jeunesse. « Arrachez-moi à la main des fils de l'étranger. » Considérez attentivement ce qui est dit ici des hérétiques.

« Leurs filles sont parées et ornées comme des temples, etc. Heureux, ont-il dit, le peuple qui possède ces biens. » Voilà ce qu'ils ont dit : et moi, qu'ai-je dit ? « Bienheureux le peuple dont le Seigneur est le Dieu. » Expliquons brièvement chacun de ces versets avec le secours de vos prières. « Leurs fils sont comme de nouvelles plantes dans la vigueur de leur jeunesse. » Leurs plantes ne sont pas anciennes, mais nouvelles ; elles ne viennent point de la loi ancienne, ni des prophètes, ni des apôtres, elles viennent de leurs nouveaux maîtres. « Leurs

scientia est. « Et dextera eorum, dextera iniquitatis. » Utrumque condemnatur, et os et manus, et scientia et opera. « Quorum os locutum est vanitatem, » hoc est, scientiam. « Et dextera eorum, dextera iniquitatis. » Dextera, in opere ; dexteram se habere dicunt : sed toti sinistri sunt ; dextera iniquitatis est, et non est æquitatis. (*Ps.* CVIII). Unde et tali sinistræ dicitur : Stet diabolus a dextris ejus. Qui talem habet dexteram, et iniquitatis dexteram, stat diabolus a dextris ejus.

« Deus, canticum novum cantabo tibi. » Novus homo, novum canticum. « Deus, canticum novum cantabo tibi. » Cantate Domino canticum novum. (*Psal.* XCV). Quam pulchre non dixit canto, sed « cantabo. » In futuro repromisit : in præsenti enim scit certamen esse, non canticum ; nunquam cantat exercitus, nisi quando vicerit ; ergo quoniam in præsenti pugno, non mihi vacat cantare ; cum vicero, tunc cantabo : « In psalterio decachordo psallam tibi. » Tunc extendam utramque manum, et vitalibus tibi chordis canam ; oratio mea, psalterium tuum est.

« Qui das salutem regibus, etc. » Quibus regibus ? Cor regis in manu Dei (*Prov.* XXI) : qui regnant in corpore suo, qui subjiciunt corpus suum, et servituti redigunt, ne aliis prædicantes, ipsi reprobi inveniantur. (II *Cor.* IX). Isti sunt reges de quibus dicit Sapientia in Proverbiis : Dat regnum regibus. (*Prov.* VIII).

« Eripe me, et libera me de manu filiorum alienorum. » Versiculi qui supra dicti sunt, iterum repetuntur. « Quorum os locutum est vanitatem, et dextera eorum, dextera iniquitatis. Quorum filii, sicut novellæ plantationes in juventute sua. De manu filiorum alienorum. » Hæreticorum filii, videamus quales sint : Quorum filii, sicut novellæ plantationes in juventute sua. « De manu filiorum alienorum. » Diligenter animadvertite quid dicitur de hæreticis.

« Filiæ eorum compositæ : circumornatæ ut similitudo templi, etc. Beatum dixerunt populum cui hæc sunt. » Illi hoc dixerunt ; ego quid dico ? « Beatus populus cujus Dominus Deus ejus. » Singula igitur vestris orationibus breviter disseremus. « Quorum filii, sicut novellæ plantationes in juventute sua. » Plantatio eorum non est vetus, sed novella est ; non est enim de veteri lege : non est de prophetis : non est de apostolis, sed de novis magistris est. Filiæ

filles sont comme de nouvelles plantes dans la vigueur de leur jeunesse ; » dans la vigueur de leur jeunesse, car elles restent toujours jeunes. Quoiqu'il y ait beaucoup d'hérésies anciennes, cependant elles changent tous les jours et on les trouve toujours nouvelles ; les hérésies sont nouvelles bien que d'origine ancienne, et ce caractère de nouveauté vient des changements continuels qu'ils apportent à leurs doctrines ; car ils ne se contentent point des erreurs de leurs anciens maîtres, ils en inventent tous les jours de nouvelles. « Leurs fils, sont comme de nouvelles plantes dans la vigueur de leur jeunesse. » Qu'est-il dit au contraire de l'Eglise, de ceux qui craignent le Seigneur ? Heureux ceux qui craignent le Seigneur, qui marchent dans ses voies. Que dit encore d'eux le prophète ? Vos fils seront comme de jeunes oliviers autour de votre table ; ces enfants sont autour de la table de Jésus-Christ, ils ne sont pas éloignés de sa table. Ici il n'est point parlé des filles, mais seulement des fils. Du reste, les hérétiques ont aussi des filles, ils ont le sexe plus fragile, ils ont les voluptés, les délices. « Leurs filles sont parées. » Leur discours est doux, leurs pensées sont immondes. Dans la sainte Ecriture, les pensées sont comparées aux fils, les paroles, aux filles. Considérez donc ce que dit le psalmiste : Leurs pensées, c'est-à-dire leurs fils, ont un air de nouveauté. Leurs paroles, c'est-à-dire les paroles des hérétiques, qu'ils empruntent à la sagesse du siècle, sont ornées ; ce sont des paroles pleines de choix et d'élégance. « Leurs filles sont parées. » Elles paraissent ornées avec soin, mais, comme ce sont des filles et non des fils, elles sont dépourvues de force. « Elles sont ornées comme des temples, » expression on ne peut plus juste, car ils n'ont point la véritable Eglise, mais seulement la ressemblance de l'Église.

« Leurs celliers sont pleins, débordant de l'un dans l'autre. » Ils sont toujours prêts à disputer ; si vous les arrêtez par un témoignage, ils passent à un autre ; s'ils sont battus par les Ecritures, ils ont recours à Aristote ; si vous leur faites voir qu'Aristote est contre eux, ils se réfugient dans Platon. « Leurs celliers sont pleins, débordant de l'un dans l'autre. » On appelle proprement cellier l'endroit où les richesses sont rangées avec ordre. Or, les hérétiques ont des celliers, ils ont des discours préparés de longue main pour la dispute. Les enfants de l'Eglise, au contraire, sont simples, ils n'ont de rien préparé, rien d'étudié, ils ouvrent la bouche, et le Seigneur la remplit, selon ce qu'il dit : Ouvrez la bouche et je la remplirai. (*Ps.* LXXX) ; et encore : Ne vous préoccupez point de ce que vous leur répondrez, car votre Père vous suggèrera sur le moment ce que vous devrez dire. (*Matth.* v). Vous voyez que nous n'avons pas de celliers remplis et préparés, nos richesses sont subordonnées à la volonté d'un autre. On me dira : Donnez-moi une preuve que les saints n'ont pas de celliers. Considérez les

eorum, sicut novellæ plantationes in juventute sua; in juventute sua : semper juvenes sunt. Licet multæ sint hæreses veteres, tamen quotidie mutantur, et novæ quotidie inveniuntur ; novæ sunt ipsæ hæreses, licet veteres sint : tamen cum quotidie doctrinas suas innovant, novæ sunt ; non enim sunt veterum magistrorum errore contenti, sed quotidie ipsi nova reperiunt : « quorum filii, sicut novellæ plantationes in juventute sua. » De Ecclesia, quid dicitur ; de timentibus Dominum ? Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus. Quid dicitur de illis ? Filii tui, sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ ; circa mensam Christi sunt illi filii : non longe sunt a mensa Christi. Ibi non dicitur, filiæ ; sed tantummodo, filii ; cæterum hæretici habent et filias, habent et fragiliorem sexum, voluptates, delicias. « Filiæ eorum compositæ. » Sermo compositus est, et sensus sordidus. In scripturis sanctis cogitationes semper filii dicuntur : verba, filiæ. Vide ergo quid dicit : Cogitationes eorum, hoc est, filii novi sunt. Verba vero eorum, hoc est, hæreticorum, quæ habent de sapientia sæculari, composita sunt : habent enim verba composita, laudatum sermonem. « Filiæ eorum compositæ. » Videntur quidem esse compositæ, sed quia filiæ sunt, et non filii, vires non habent. « Circumornatæ ut similitudo templi. « Pulchre dixit, « similitudo templi ; » non habent veram Ecclesiam, sed similitudinem Ecclesiæ.

« Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. » Parati sunt ad contendendum ; si illos tenueris in uno testimonio, ad aliud transeunt ; si in Scripturis tenueris, ad Aristotelem fugiunt ; si Aristotelem tenueris, in Platonem transcunt. « Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. » Cellarium proprie dicitur, quod divitias compositas habet. Hæretici cellaria habent ; habent enim præparata verba quibus contendant. Cæterum Ecclesiastici simplices sunt : nihil habent præparatum ; aperiunt os, et repletur a Domino : secundum quod dicitur : Aperi os tuum, et implebo illud (*Psal.* LXXX) ; et, Nolite cogitare quid respondeatis illis : dabit enim vobis Pater vester in illa hora quid dicatis. (*Matth.* x). Videtis quoniam non habemus cellaria præparata : sed divitiæ nostræ subditæ sunt. Dicit aliquis : Da testimonium quomodo sancti cellaria non habent. Respicite, inquit, aves cœli, quoniam non habent cellaria neque horrea : et

oiseaux du ciel, dit le Sauveur, ils n'ont ni celliers, ni greniers, et votre Père céleste les nourrit. (*Matth.* VI). Ces oiseaux sont surtout les religieux ; ils n'ont ni celliers, ni lieux de réserve, mais ils ont pour eux le Christ, le Seigneur des greniers et des caves : ils n'ont pas de greniers, mais ils ont le Seigneur qui remplit les greniers ; ils n'ont pas les richesses du démon, mais ils ont la pauvreté de Jésus-Christ. Que dit le diable au Sauveur : Toutes ces choses m'appartiennent ; si vous tombez à mes pieds pour m'adorer, je vous les donnerai. (*Matth.* III). Que dit encore le Christ à ses disciples : Celui qui ne vend pas tout ce qu'il a, et n'en donne pas le prix aux pauvres, ne peut être mon disciple. (*Matth.* XIII). L'un promet des royaumes et des richesses, afin de mettre à mort ; l'autre promet la pauvreté pour sauver. Nous ne faisons rien de grand, en abandonnant ce que nous possédons ; le Christ a quitté pour nous son Père et le royaume des cieux. Que personne ne m'accuse de blasphème, si je dis qu'il a quitté son Père. Je parle selon l'économie mystérieuse d'après laquelle il est envoyé et dans le sens de ce qu'il dit lui-même : Le Père qui m'a envoyé est plus grand que moi. (*Jean* X, et XIV). Dieu ne peut être envoyé ; Dieu ne peut être soumis à l'obéissance ; mais on dit qu'il est envoyé en vertu de cette économie mystérieuse. Si Dieu est partout, et que toutes choses soient en Dieu, comment Dieu peut-il être envoyé vers un lieu quelconque, puisque Dieu est tout ? Le Christ s'est donc fait pauvre pour nous. (II *Cor.* VIII). Pourquoi tous ces détails ? Parce qu'on vient de lire : « Leurs celliers sont pleins, débordant de l'un dans l'autre. » Remarquez cette expression : « débordant » par suite d'une excessive abondance. Les uns regorgent parce qu'ils sont rassasiés, et ils périssent ; pour nous, nous regorgeons par suite de nos jeûnes, afin d'être sauvés.

« Leurs brebis sont fécondes. » Ils ont une multitude d'enfants ; en effet, le nombre des hérétiques est très grand. « Leurs brebis sont fécondes. » Aussi est-il dit dans le prophète Osée : Seigneur, donnez-leur ; et que leur donnerez-vous ? Donnez-leur un sein stérile et des mamelles desséchées. (*Osée*. IX). De qui parle ici le prophète ? Des docteurs, des hérétiques, qui s'applaudissent du nombre de leurs disciples. « Leurs brebis sont fécondes, et nombreuses à leur sortie. » Il ne dit pas à leur entrée, mais « à leur sortie ; » car ils n'entrent point dans l'Eglise, mais ils sortent de l'Eglise ; c'est-à-dire, ils sont sortis de chez nous, mais ils n'étaient pas des nôtres, car, s'ils avaient été des nôtres, ils seraient restés avec nous. « Elles sont fécondes, « à leur sortie. » Tous les jours, ils sortent de l'Eglise ; « elles sont fécondes dans leur sortie. « Au contraire, qu'est-il dit de l'Eglise ? Toute la gloire de la fille du roi vient de l'intérieur. (*Ps.* XLIV). « Leurs bœufs sont gras. » Pharaon, lui aussi, vit en songe des bœufs qui étaient gras (*Gen.* XLI) ; ceux du peuple d'Israël

Pater vester cœlestis pascit illas. (*Matth.* VI). Aves isti specialiter monachi sunt : non habent cellaria, non habent apothecas : sed habent apothecarum et cellariorum Dominum, ipsum Christum ; non habent horrea, sed horreorum Dominum ; non habent divitias diaboli, sed habent paupertatem Christi. Diabolus quid dicit ? Hæc omnia mea sunt : si procidens adoraveris me, dabo tibi ea. (*Matth.* III). Christus quid dicit ad suos ? Qui non vendiderit omnia sua quæ habet, et dederit pauperibus, non potest esse meus discipulus. (*Matth.* XIII, *et Luc.* XII). Ille regna et divitias pollicetur ut occidat ; hic paupertatem pollicetur ut salvet. Nihil grande facimus, si nostra relinquamus ; Christus Patrem reliquit, et regna cœlorum propter nos. Nemo putet me blasphemare : quia dixi, Patrem reliquit ; secundum dispensationem loquor, secundum quod mittitur : secundum quod dicitur : Pater qui me misit, major me est. (*Joan* X, *et* XIV). Deus non mittitur : Deus non subjicitur servituti : sed dispensatio mittitur. Si Deus ubique est, et omnia in Deo sunt : quomodo Deus ad aliquid mittitur, cum Deus sit omnia ? Christus igitur pro nobis pauper factus est. (II *Cor.* VIII). Hoc totum quare diximus ? Quia nunc lectum est : « Cellaria eorum plena : eructantia ex hoc in illud. » Pulchre dixit, « eructantia : » de saturitate nimia. Illi eructant de saturitate, et pereunt : nos de jejunio, ut salvemur.

« Louez le Seigneur, parce qu'il est bon de lui chanter un psaume. » Ce psaume a pour titre : « Alleluia. » Ceux qui ne savent point l'hébreu ont coutume de rechercher ce que signifie le mot « Alleluia, » qui se trouve en tête de plusieurs psaumes. Or, le mot « alleluia » se lit non seulement dans le titre, mais au commencement de ce psaume, car à la place de ces mots : Louez le Seigneur, on lit dans l'hébreu : « Alleluia. » En effet, Dieu, chez les Hébreux, a dix noms : il est appelé *Sabaoth*, il est appelé *Saddai*, il est appelé *Eloim*, il est appelé *El*, il est appelé aussi *Iao*, il est appelé *Aeheieh* ; mais, parmi les autres noms, il en est un qui est exprimé par le mot *Ia*. *Ia* veut dire : *qui est invisible*. Là donc où il est dit : Louez, on lit dans l'hébreu : *Allelu ;* c'est ainsi que nous lisons ici : Alleluia, comme si le prophète disait : *Allelu Sabaoth*, *Allelu Sadai*, *Allelu Eloim*, comme il dit : *Alleluia*. Enfin, Théodotion, un des principaux interprètes, voulant expliquer la vérité de son interprétation, dit : αἰνεῖτε τὸν 'Ιά. Pourquoi tous ces détails ? afin que nous sachions que le titre de ce psaume, *Alleluia*, signifie : « Louez le Seigneur. » Voilà l'interprétation. Lorsque nous serons sortis, ce sera l'objet de la considération sérieuse de nos cœurs, de notre zèle à répandre cette exhortation. « Louez le Seigneur, parce qu'il est bon de lui chanter un psaume. » Il ne dit pas : le psaume est bon, mais, dans un sens absolu, le psaume est une bonne chose ; c'est-à-dire, c'est une bonne chose que de chanter, et de chanter non de la voix, mais du cœur. Combien qui ont une bonne voix, mais qui chantent mal, parce qu'ils sont pécheurs. Celui-là chante bien qui chante du fond du cœur, qui chante en l'honneur du Christ dans sa conscience.

« Que la louange soit agréable à notre Dieu. » Que la louange soit agréable non à cause de notre voix, mais à cause de notre conscience. Noë offrit à Dieu un sacrifice et l'odeur en fut agréable au Seigneur. (*Gen* VIII). Il y aurait ici beaucoup à dire ; mais nous devons effleurer seulement chaque verset, en nous contentant d'indiquer le sens plutôt que d'entrer dans de longs développements.

« C'est le Seigneur qui bâtit Jérusalem, qui rassemblera tous les restes dispersés d'Israël. » Nous avons déjà dit comment Jérusalem se bâtit, comment elle est rassemblée. Puisque donc nous avons déjà expliqué ces deux versets, et que nous ne devons point bâtir sur un fondement étranger, passons à ce qui suit : voyons comment Jérusalem se construit ; le prophète l'explique dans les versets suivants :

« C'est lui qui guérit ceux qui ont le cœur brisé. » Dieu ne méprise point un cœur contrit

PSALMUS CXLVI.

« Alleluia ». Psalmus iste ut cœlestis civitatis laudemus ædificatorem, nos admonet, dicens :

« Laudate Dominum, quoniam bonus est psalmus. » Iste psalmus ALLELUIA titulo prænotatur. Solent hi qui Hebræam ignorant linguam, quando viderint in psalmorum titulo esse præpositum « Alleluia, » quærere quid significet. Psalmus igitur iste non solum in titulo, sed et in exordio psalmi habet « Alleluia ; » ubi autem dicitur, « Laudate Dominum, » in Hebræo dicitur, ALLELUIA. Deus enim apud Hebræos decem habet nomina : dicitur SABAOTH : dicitur SADDAI : dicitur : ELOIM : dicitur : EL : dicitur etiam IAO : dicitur AEHEIEH. Inter cætera autem nomina unum est nomen quod dicitur IA. IA autem interpretatur « invisibilis. » Ubi ergo dicitur « laudate, » in Hebræo dicitur « Allelu ; » sic dicitur hic « Allelu ia : » quomodo si diceretur « Allelu sabaoth, Allelu saddai, Allelu eloim : » sic et nunc dicitur « Allelu ia. » Denique Theodotio, qui unus est de interpretibus, volens interpretationis ediscere veritatem ait αἰνεῖτε τὸν 'Ιά. Hoc totum quare diximus ? ut sciamus in isto psalmo « Alleluia » esse præpositum : « Laudate Dominum. » Hæc interpretatio est. Cum egressi fuerimus considerabitur in cordibus nostris ; cæterum sermo dilatabitur : « Laudate Dominum, quoniam bonum psalmus. » Non dixit, « bonus psalmus : » sed absolute, « bonum psalmus, » hoc est, bona res est psallere ; psallere autem non voce, sed corde. Quanti bonam vocem habent, et quoniam peccatores sunt, male psallunt. Bene psallit qui cantat in corde, qui cantat Christo in conscientia.

« Deo nostro sit jucunda laudatio. » Jucunda sit laudatio non voce, sed conscientia. Denique et Noe obtulit hostias, et odoratus est Dominus odorem suavitatis. (*Gen.* VIII). Multa sunt quæ dicantur, sed nos breviter debemus summa quæque perstringere, ut sensum magis indicemus, quam verba latiora.

« Ædificans Jerusalem Dominus, dispersiones Israel congregabit. » Quomodo ædificetur Jerusalem, quomodo congregetur, jam dictum est. Quoniam igitur de istis duobus versiculis dissertum est, et super alienum fundamentum non debemus ædificare, ad reliqua transeamus ; videamus igitur quomodo ædificetur Jerusalem ; in reliquis enim propheticus sermo descripsit.

et humilié. (*Ps.* L). « Et qui bande leurs plaies. » Brisez votre cœur, et le Seigneur pansera vos blessures. Ce Samaritain qui descendait de Jérusalem en Jéricho, lorsqu'il vit ce voyageur étendu sur le chemin et couvert de blessures, pansa et banda ses blessures. (*Luc* x). C'est lui dont il est dit maintenant : « Et il bande leurs plaies, » ce qui s'applique à ceux qui font pénitence. Quant à ceux qui refusent de faire pénitence, le prophète dit : Il n'y a point de remède pour les panser, ni d'huile pour les adoucir, ni d'appareil pour les bander. (*Isai* I).

« C'est lui qui compte la multitude des étoiles. » Quel enchaînement suivant la lettre avec ce qui précède : Il bande leurs plaies, « c'est lui qui compte la multitude des étoiles ? » Mais quand il guérit ceux qui ont le cœur brisé, et qu'il bande leurs plaies, il change en étoiles ceux qui avaient d'abord été brisés, et qui ont été guéris. « C'est lui qui compte la multitude des étoiles. » Il en est beaucoup, en effet, qui, après avoir péché, ont été guéris. « C'est lui qui compte la multitude des étoiles. » Il ne compte pas les blessés, mais il compte ceux qui ont été changés en étoiles. Dieu ne compte que ceux qui sont dignes d'être comptés. « Et il les appelle toutes par leur nom. » Il veut parler de Lucifer, l'étoile du matin, et d'Orion, que nous voyons dans le ciel étoilé. On peut entendre encore ces paroles dans ce sens : Dieu est admirable, lui qui a fait le ciel et la terre, et tout ce qu'ils contiennent ; et il faut les entendre dans ce sens que ce qui se fait tous les jours se fait dans notre intérêt. « Et il les appelle toutes par leur nom. » Voulez-vous savoir comment ceux qui ont eu le cœur brisé deviennent des étoiles ? Il est écrit dans la Genèse : Que Dieu fit sortir Abraham, lui montra les étoiles du ciel et lui dit : Ainsi sera votre postérité. (*Gen* xv). D'Abram qu'il se nommait, il l'appelle maintenant Abraham. Il s'appelait Abram dans la Chaldée, et dans le ciel il s'appelle Abraham. (*Ibid.* XVII). Celui qui s'appelait autrefois Saul est appelé ensuite Paul dans le ciel. (*Act.* IX). Jean et Jacob sont appelés les fils du tonnerre dans le ciel. On compte les étoiles, on compte une multitude infinie de saints, le Christ est le seul qui ne puisse être compté.

« Notre Dieu est grand, sa puissance est infinie, et sa sagesse n'a point de bornes. » C'est une grande puissance que le Christ, qui est la puissance et la sagesse de Dieu. (I *Cor.* I). « Et sa sagesse n'a point de bornes. » Le Christ est la sagesse, et cette sagesse unique ne peut être dénombrée.

« Le Seigneur prend sous sa protection ceux qui sont doux. » Quelles sont ces étoiles ? « Il prend sous sa protection ceux qui sont doux. » Ceux qui sont doux sont donc transformés en étoiles. Les justes brilleront comme les étoiles du ciel (*Dan.* XII), c'est Daniel qui parle ainsi. « Mais il humilie les pécheurs jusqu'à terre. »

« Qui sanat contritos corde. » Cor contritum et humilitatum Deus non spernit. (*Psal.* L). « Et alligans contritiones eorum. » Tu cor tuum contere, et Dominus colligit contritiones tuas. Samaritanus ille, qui descendebat de Jerusalem in Jericho, quando vidit vulneratum jacentem in itinere, colligavit vulnera ejus. (*Luc.* x). Iste est de quo et nunc dicitur : « Et alligans contritiones illorum ; hoc dicitur de his qui agunt pœnitentiam. Cæterum de his qui non agunt pœnitentiam, dicitur : Non est malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas. (*Isai.* I).

« Qui numerat multitudinem stellarum. » Quæ consequentia juxta litteram : et alligat contritiones eorum : « Qui numerat multitudinem stellarum ? » Sed quando sanat contritos corde, et alligat contritiones eorum, illos qui ante contriti fuerant, et postea sanati, vertit in stellas. « Qui numerat multitudinem stellarum. » Multi enim fuerant qui peccaverunt : multi sunt qui curati sunt. « Qui numerat multitudinem stellarum. » Non numerat vulneratos, sed eos numerat qui jam in stellas versi sunt. Non numerat Deus, nisi qui numero ejus digni sunt. « Et omnibus eis nomina vocans ; » quia de Lucifero dicit, et de Orione quem videmus in cœlo. Et hoc quidem potest intelligi : Mirabilis Deus, qui fecit cœlum et terram, et omnia quæ in eis sunt. Cæterum sic intelligamus, ut nobis prosit quod quotidie fit. « Et omnibus eis nomina vocans. » Vultis scire quomodo de contritis stellæ fiant ? Scriptum est in Genesi : Quia eduxerit Deus Abraham, et ostenderit ei stellas, et dixerit ei : Sic erit semen tuum. (*Gen.* xv). « Et omnibus eis nomina vocans. » De Abram vocat Abraham. Abram dicebatur in Chaldæa, et in cœlo vocatur Abraham. Eo tempore quo factus stella est, vocatur Abraham. (*Ibid.* XVII). Qui antea erat Saulus, postea vocatur in cœlo Paulus. (*Act.* IX). Joannes et Jacobus filii tonitrui (*Marc.* III) ; tonitruum utique in cœlo est. Numerantur itaque stellæ : numerantur infiniti sancti, et Christus unus non potest numerari.

« Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus et sapientiæ ejus non est numerus. » Magna virtus, Christus Dei virtus et Dei sapientia. (I *Cor.* I). Et sapientiæ ejus non est numerus. » Christus sapientia est ; et una sapientia non potest numerari.

« Suscipiens mansuetos Dominus. » Quæ sunt istæ stellæ ? « Suscipiens mansuetos Dominus. » Mansueti vertuntur in stellas ; justi autem fulgebunt quasi

Voyez la différence de traitement, les anges tombent jusqu'à terre, les hommes s'élèvent jusqu'aux cieux. « Le Seigneur prend sous sa protection ceux qui sont doux. » La douceur attire les hommes au ciel ; l'orgueil les abaisse jusqu'à terre. « Mais il humilie les pécheurs jusqu'à terre. »

« Chantez, avant tout, les louanges du Seigneur par de saints cantiques. » C'est ce qu'a fait David : lui qui nous avait donné l'exemple de la justice, nous a aussi donné l'exemple de la pénitence. Il nous a enseigné, par ce qu'il a fait, comment nous devons nous-mêmes faire pénitence. Voyez comment, dans ce saint prophète, non seulement sa justice nous a servi, mais même son péché.

« Célébrez sur la harpe la gloire de notre Dieu. » Qu'aucune corde des vertus ne soit rompue, que toutes les cordes des vertus résonnent à l'envi. « Célébrez sur la harpe la gloire de notre Dieu. » Une harpe a plusieurs cordes ; si l'une vient à se rompre, elle ne rend plus de son. Ainsi en est-il d'un saint : quelque grande que soit sa sainteté, si une vertu lui fait défaut, il ne peut rendre un son articulé comme la voix de l'homme.

« C'est lui qui couvre le ciel de nuées. » Ce ciel que nous voyons ne peut être couvert de nuées ; mais il y a un autre ciel, il y a d'autres nuées. Et votre vérité s'étend jusqu'aux nuées. (*Ps.* xxxv). La vérité de Dieu s'élève donc jusqu'à ces nues, que le souffle du vent suffit pour dissiper ? La vérité de Dieu, c'est Jésus-Christ qui a dit : Je suis la voie et la vie et la vérité. (*Jean.* xiv). Donc la vérité est dans ces nues qui n'ont point en elles-mêmes la substance de la vérité. Il peut donc se faire que la vérité soit dans ces nuées que le vent peut dissiper ? Je commanderai aux nuées, dit-il par le prophète, afin qu'elles ne répandent point la pluie sur la terre. (*Isai.* v). C'est nous que ces paroles prophétiques regardent. Si ces nuées s'entrechoquent entre elles, elles produisent le tonnerre et les éclairs. « C'est lui qui couvre le ciel de nuées. » Mais si ces nuées sont les prophètes et les apôtres, comment le ciel peut-il être couvert par les apôtres et les prophètes ? Le ciel, ce sont les mystères divins, et comme tous les mystères, quels qu'ils soient, sont divins, on leur donne le nom de ciel ; quiconque en est digne est couvert et protégé par les nuées. Si quelqu'un est indigne de recevoir ces mystères, il ne peut être couvert par les nuées. « C'est lui qui prépare la pluie pour la terre. » Notre terre a besoin de pluie, et si elle ne reçoit cette pluie, c'est-à-dire la source des enseignements divins, elle ne peut produire de fruit. Mais lorsqu'elle est humectée par les eaux de la doctrine, que s'ensuit-il ?

« C'est lui qui produit du foin sur les montagnes, etc. » S'il voulait parler exclusivement du foin, le foin pousse beaucoup plus dans les

stellæ cœli (*Dan.* xii) : Daniel loquitur. « Humilians autem peccatores usque ad terram. » Videte differentiam rerum : Angeli in terram corruunt, homines ad cœlos vadunt. « Suscipiens mansuetos Dominus. » Mansuetudo ad cœlum vocat, superbia in terram detrahit. « Humilians autem peccatores usque ad terram. »

« Præcinite Domino in confessione. » Hoc implevit David : qui nobis justitiæ exemplum præbuerat, præbuit et pœnitentiæ. Docuit enim nos quomodo debeamus agere pœnitentiam, ipse agens. Videte sanctum prophetam, quia non solum justitia ejus nobis profuit, sed et peccatum.

« Psallite Deo nostro in cithara. » Nulla virtutum chorda rupta sit ; tota virtutum chorda concinat. « Psallite Deo nostro in cithara. » Cithara multas chordas habet, si una rupta fuerit, sonus reddi non potest. Sic et sanctus vir, quamvis sanctus sit, si una virtus defuerit, vocalem sonum reddere non potest.

« Qui operit cœlum nubibus. » Cœlum hoc quod cernimus, nubibus operiri non potest ; sed aliud est cœlum, et aliæ sunt nubes. Et veritas tua usque ad nubes. (*Psal.* xxxv). Ergo veritas Dei usque ad istas nubes quæ, vento flante cito dissolvuntur ? Veritas Dei, Christus est. Ego sum via, et vita, et veritas (*Joan.* xiv) ; ergo veritas Christi in his nubibus est, quæ non habent in se substantiæ veritatem. Fieri ergo potest, ut ibi sit veritas, ubi ventus dissipandi potestatem habet ? Mandabo, inquit, nubibus ne pluant super eos imbrem (*Isai.* v), hoc est, super populum Judæorum. Nubes prophetæ sunt. Mandavit illis Dominus ne pluerent super Israel imbrem. Ad nos prophetiæ sermo conversus est. Nubes istæ si ibi collisæ fuerint, tonitruum faciunt et fulgura. « Qui operit cœlum nubibus. » Si nubes prophetæ sunt, et apostoli ; quomodo autem apostolis, et prophetis cœlum tegitur ? Cœlum mysteria sunt divina ; quoniam igitur mysteria quæcumque divina sunt, cœlum appellantur : quicumque dignus fuerit, istum nubes protegunt. Si quis indignus est sacramenta accipere, non potest tegi a nubibus. « Qui parat terræ pluviam. » Indiget pluvia terra nostra, et nisi pluviam acceperit, id est, doctrinarum fontem, fructum non afferet. Terra cum humecta fuerit ejusmodi doctrinarum fonte, quid sequitur ?

« Qui producit in montibus fenum. » etc. Si de solo feno loqueretur : utique fenum magis in con-

vallées que sur les montagnes, car plus la pluie est abondante, plus aussi le foin pousse abondamment. C'est des montagnes que la pluie découle dans les vallées, où l'herbe des prairies est plus luxuriante.

« C'est lui qui donne aux bêtes leur nourriture. » Ces Ecritures que nous lisons, que nous discutons, que nous avons entre les mains, sont appelées, dans les Ecritures, les saintes montagnes. (*Ps.* xxv). Abraham est appelé une montagne, Isaac est appelé une montagne, Jérémie de même, les prophètes sont les saintes montagnes. Ces montagnes produisent du blé, elles produisent aussi du foin. Si vous êtes homme, vous recevez d'elles du blé ; si vous êtes comme l'animal sans raison, vous recevrez du foin ; vous sauverez, Seigneur, les hommes et les bêtes. Vous êtes sauvé en raison de votre foi. « C'est lui qui produit le foin sur les montagnes, et l'herbe pour l'usage des hommes. » Si vous êtes des hommes, vous trouvez dans les saintes Ecritures, l'intelligence spirituelle ; si vous êtes encore privé de raison, vous n'avez que l'intelligence judaïque de la lettre. Je vous dis une grande vérité, Dieu qui est l'objet des louanges les plus sublimes, s'abaisse jusqu'aux moindres choses, car il est dit : « Et il donne la nourriture aux petits des corbeaux qui l'invoquent. » Si le prophète avait eu seulement en vue les oiseaux du ciel, il eût choisi de préférence les aigles ou les vautours. « Et aux petits des corbeaux qui l'invoquent. » Aucun autre oiseau n'est ici nommé que le petit du corbeau, et non pas les corbeaux eux-mêmes, mais les petits des corbeaux ; ce n'est point le corbeau qui est sauvé, mais les petits qui naissent de lui. C'est nous qui sommes les petits des corbeaux, car nous naissons de parents idolâtres. Il est dit dans les Proverbes de Salomon que l'œil qui insulte son père et méprise les paroles de sa mère, les corbeaux des vallées le crèveront et le perceront. (*Prov.* xxx). Il ne dit pas les petits des corbeaux, mais les corbeaux eux-mêmes, car celui qui est comme les corbeaux ne peut être sauvé. Le corbeau est envoyé de l'arche et ne revient pas. (*Gen.* VIII), Pendant le déluge, il est avec les autres animaux ; après le déluge, il est condamné à l'infortune ; c'est-à-dire, lorsque le calme renaît, il ne peut plus rester dans l'arche de Dieu. Pendant le déluge, il est au milieu des autres animaux ; là tranquillité revient, le corbeau s'enfuit. Quels sont ces corbeaux ? que sont les petits des corbeaux ? Les corbeaux, dont le plumage est noir, qui sont toujours à la recherche des cadavres, qui toujours se disputent entre eux avec des cris rauques et désagréables, sont les démons, et tous ceux qui sont sous l'empire du démon, et qui prennent aussi la noirceur du plumage des corbeaux. Ainsi donc, comme je l'ai déjà dit, nos pères, qui adoraient les idoles et les démons, étaient des corbeaux ; car on ne les rencontre que là où se trouvent des immondices, des ordures, des cadavres en putréfaction. Pour nous, au contraire, qui

vallibus nascitur, quam in montuosis ; ubicumque enim pluvia amplior fuerit, ibi magis fenum nascitur. De montibus defluunt aquæ in convallibus, et magis herba nascitur.

« Et dat jumentis escam ipsorum. » Scriptura ista quam legimus, quam tractamus, quam habemus in manibus, montes sancti dicuntur in Scripturis. (*Psal.* xxxv). Mons vocatur Abraham ; mons vocatur Isaac ; mons Jeremias : montes sancti prophetæ. Montes isti habent et frumenta, habent et fenum ; si homo es, accipis ab ipsis frumentum : si pecus es, fenum accipis ; homines et jumenta salvos facies, Domine. Secundum fidem tuam salvaris. « Qui producit in montibus fenum, et dat jumentis escam ipsorum. » Si homo es, in Scripturis sanctis accipis spiritualem intelligentiam : si jumentum es, secundum litteram more Judaico. Rem magnam video ; Deus qui tantis præconiis collaudatus est, deducitur ad viliora, et dicitur : « Et pullis corvorum invocantibus eum. » Si de avibus cœli diceret, magis aquilas nominasset aut vultures. « Et pullis corvorum invocantibus eum. » Nulla alia avis nuncupatur, nisi pullus corvorum, et non ipsi corvi, sed pulli corvorum ; non salvatur corvus, sed pullus qui de eo natus est. Nos pulli corvorum sumus ; de parentibus enim idololatris nascimur. Legimus in Salomone, quoniam oculus qui irridet patrem, et sermonem matris, effodiant eum corvi de convallibus. (*Prov.* xxx). Non dixit pulli corvorum, sed ipsi corvi ; qui enim corvus est, salvari non potest. Corvus de arca dimittitur et non revertitur. (*Gen.* VIII). In diluvio cum cæteris est : post diluvium in infelicitatem projicitur, hoc est, eo tempore quando tranquillitas est, non potest esse in arca Dei. Si quando diluvium est, corpus in medio est ; tranquillitas redit, et corvus fugit. Qui sunt isti corvi ? Qui sunt pulli corvorum ? Ego puto corvos nigri coloris, qui semper persequuntur cadavera mortuorum, qui semper voce raucissima rixas comparant, dæmones esse, et quicumque dæmonibus servierint, juxta corvos et ipsi colorem corvorum accipiunt. Igitur nostri parentes, sicut jam diximus, qui idolis serviebant, et dæmonibus, corvi erant ; non enim inveniuntur nisi ubi illuvies, et spurcitia, et cadavera mortuorum fuerint. Nos vero qui de corvis nati sumus, non cadavera exspectamus, sed rorem. Pulli enim corvorum dicuntur de rore vivere ;

sommes nés des corbeaux, nous n'attendons pas les cadavres, mais la rosée du ciel, car les petits des corbeaux, dit-on, se nourrissent de la rosée du ciel; suivant ce que disent les philosophes, les petits des corbeaux vivraient de la rosée du ciel. Voulez-vous une autre leçon mystérieuse que nous donnent les corbeaux? Elie signifie *Dieu, Seigneur*; or, Elie, c'est-à-dire Notre Seigneur et Sauveur, souffre persécution de la part des Juifs, et il est nourri par les corbeaux, c'est-à-dire par le peuple des gentils. « Et aux petits des corbeaux qui l'invoquent. » Si vous l'invoquez, vous êtes le petit des corbeaux; si vous vous taisez, vous êtes le corbeau lui-même. « Et aux petits des corbeaux qui l'invoquent. » Nous lisons dans le prophète: Quiconque invoquera le nom du Seigneur sera sauvé. (*Joel.* II) Si nous entendons simplement ces paroles des corbeaux, les corbeaux seront donc sauvés? Répondez, Juif, vous qui ne cherchez que le sens littéral et judaïque, ces corbeaux sont-ils de véritables corbeaux? Vous ne voulez pas de l'interprétation spirituelle, vous ne vous attachez qu'au sens charnel, car vous dites que c'est des corbeaux qu'il est question. Si donc il est ici question des petits du corbeau; s'il est dit ici: « et aux petits des corbeaux qui l'invoquent, » et s'il est écrit: Quiconque invoquera le nom du Seigneur sera sauvé, donc les petits des corbeaux seront sauvés au jour de la résurrection. Nous donc, qui sommes les petits des corbeaux, nous l'invoquons et nous sommes sauvés. Disons enfin que l'apôtre saint Paul a écrit à l'Eglise des saints, qu'il a écrit à ceux qui invoquent le nom du Seigneur. (I *Cor.* I).

« Ce n'est point dans la force du cheval qu'il se complaît. » Nous avons promis d'être court, et la nécessité nous a forcé de nous étendre; nous avons menti, mais notre mensonge a été très utile. Plût à Dieu qu'Hérode eût ainsi menti, et n'eût pas observé son serment! (*Matth.* XIV). Nous vous avons donc promis de courtes explications, et, pour satisfaire à vos désirs, nous vous en avons donné de plus grandes. L'heure me force de me taire, et la grandeur des mystères me presse de parler. « Ce n'est point dans la force du cheval qu'il se complaît. » J'entends les hennissements du cheval, et nous ne pouvons passer outre. Il est écrit dans le psautier: Le cheval est un espoir trompeur de salut. (*Ps.* XXXII), et dans un autre endroit: Il a précipité dans la mer le cheval et celui qui le montait. (*Exod.* XV). Il était défendu aux Israélites d'élever des chevaux (*Deut.* XVII); enfin, Salomon, qui avait amené des chars de l'Egypte, fut vaincu par la volupté (III *Rois* X). « Ce n'est point dans la force du cheval qu'il se complaît. » Il a précipité dans la mer le cheval et son cavalier. Ils sont devenus pour nous comme des chevaux qui hennissent après les cavaliers; chacun d'eux, dit Jérémie, hennissait après la femme de son prochain. (*Jérem.* V). Le Seigneur ne se complait pas dans de semblables chevaux. Nous avons dit, en parlant du cheval: Il a précipité dans la mer le cheval et son cavalier; nous avons dit quels sont les chevaux, disons

sic enim philosophi dicunt, quod de rore vivant pulli corvorum. Vultis et aliud scire mysterium de corvis? Elias interpretatur, « Deus Dominus. » Elias hoc est, Dominus noster atque Salvator, a Judæis persecutionem patitur, et a corvis, id est, gentium populo pascitur. « Et pullis corvorum invocantibus eum. » Si invocas eum, pullus es: si taces, corvus es. « Et pullis corvorum invocantibus eum. » Legimus in propheta: et omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit. (*Joel.* II). Igitur si de corvis simpliciter accipimus: ergo et corvi salvi erunt? Responde, Judæe, responde qui Judaicam litteram tantum sequeris, dicis istos corvos vere corvos esse? Non interpretaris spiritualiter, sed carnaliter, dicis enim scriptum esse de corvis. Si ergo de pullis corvorum scriptum est, et hic dictum est, « et pullis corvorum invocantibus eum; » et scriptum est: Omnis qui invocaverit nomen Domini salvus erit: ergo et pulli corvorum salvi erunt in resurrectione. Nos ergo pulli corvorum invocamus atque salvamur. Denique et Paulus Apostolus scripsit ad sanctorum Ecclesiam, scripsit ad eos qui invocant nomen Domini. (I *Cor.* I).

« Non in fortitudine equi voluntatem habebit. » Brevitatem promisimus, et necessitate compulsi sumus latius disputare; mentiti sumus, sed mendacium utilissimum est. Utinam Herodes mentitus esset et pejerasset. (*Matth.* XIV). Et nos igitur minora promisimus, et orantibus vobis majora præbuimus. Hora compellit, ut taceam: magnitudo mysteriorum compellit ut loquar. « Non in fortitudine equi voluntatem habebit. » Audio equum hinnientem, et non possumus præterire. Scriptum est in psalterio: Fallax equus ad salutem (*Psal.* XXXII); et alio loco: Equum et ascensorem dejecit in mare. (*Exod.* XV). Præcipitur et Israel, ne equos nutriant (*Deut.* XVII); denique Salomon quia quadrigas adducebat ex Ægypto, voluptate superatus est. (III *Reg.* X). « Non in fortitudine equi voluntatem habebit. » Equum et ascensorem dejecit in mare. Equi insanientes in feminas facti sunt mihi: unusquisque in uxorem proximi sui hinniebat. (*Jerem.* V): loquitur Jeremias. Ergo super tales equos Deus non habet voluntatem. Diximus de equo: equum et ascensorem dejecit in mare; diximus qui sunt equi: dicamus qui sunt equites. Ego puto

maintenant quels sont les cavaliers. Les chevaux, à mon avis, sont les pécheurs, et les démons sont les cavaliers qui les montent. Lorsque nous voyons un frère qui nous persécute et se déclare notre ennemi, c'est le cheval; mais le cavalier qui le monte, c'est le diable, qui nous perce de sa lance; l'un court, l'autre frappe. Mais le cheval lui-même est conduit par les éperons, il en est comme percé et c'est malgré lui qu'il entre en fureur. « Ce n'est pas aux jambes du guerrier qu'il accorde sa faveur. » Les jambes, ainsi que les cuisses, sont toujours prises pour les symboles de la volupté. Le prophète Ezéchiel voit Dieu depuis les reins et au-dessus sous l'apparence d'un métal brillant; et depuis les reins et au-dessous, sous l'apparence d'un feu étincelant. (*Ezech.*). « Si quelqu'un est au-dessus, » il est semblable à l'or; s'il est en bas, il est destiné au feu de l'enfer. Expliquons ces paroles dans le sens littéral : Comme le prophète avait dit : « Ce n'est point aux jambes du guerrier qu'il accorde sa faveur, » et qu'il semblait avoir décrit l'appareil d'un guerrier, je crois que lorsqu'il dit : « les jambes, » ce ne sont point des jambes proprement dites, mais de ce qui est autour des jambes, περικνήμιδας, qu'il veut parler. Nous voyons donc que ce qui couvre les jambes ne plaît point à Dieu, mais ce qui est au-dessus. Dieu ne se complaît pas dans la force, Dieu ne se complaît pas dans les jambes de l'homme, mais il se complaît dans l'homme qui le craint; la force ne lui est pas agréable, mais la crainte. Il renverse le combattant, élève celui qui le prie, exalte les humbles et abaisse les orgueilleux.

« Le Seigneur se complait dans ceux qui le craignent. » Une seule crainte chasse toutes les autres; il vaut mieux de n'en craindre qu'un seul, pour ne pas en craindre plusieurs, que d'en craindre plusieurs, pour ne pas en craindre un seul. « Et dans ceux qui espèrent dans la miséricorde. » Ils espèrent, non dans leurs œuvres, mais dans la miséricorde du jugement. Louez le Seigneur, parce qu'il est bon de le louer, parce que ceux qui espèrent en sa miséricorde sont guéris par le salut qu'il leur accorde. A lui soit la gloire dans les siècles des siècles.

PSAUME CXLVII.

« Jérusalem, loue le Seigneur, loue ton Dieu, ô Sion. » Nous avons, dans un autre psaume, entendu le prophète prédire l'abandon du peuple juif, à cause de la transgression de la loi; comment donc dit-il ici : « Jérusalem, loue le Seigneur, loue ton Dieu, ô Sion. » Qu'ajoute-t-il ensuite ?

« Parce qu'il a consolidé les serrures de tes portes. » Il parle donc de cette Jérusalem, de cette Sion terrestre : « Loue ton Dieu, ô Sion? » Pourquoi? « Parce qu'il a consolidé les serrures de tes portes. » Il n'y a point de portes, comment les serrures peuvent-elles être consolidées? « Il a béni tes enfants au milieu de ton enceinte. » Comment a-t-il pu les bénir, lui qui a dit: Votre

equos homines esse peccatores, et equites dæmones qui equitant in eis. Si quando ergo viderimus aliquem fratrem persequentem et inimicum esse, sciamus quia ille equus est; cæterum eques diabolus est, qui sua lancea nos percutit; iste currit, et ille percutit. Sed et ipse equus calcaribus ducitur, confoditur, et invitus insanit. « Nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. » Videte quid dicat. Non dixit, in capite viri : non dixit, in manibus viri : sed, « in tibiis : » quæ deorsum sunt. « Nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. » Tibiæ hic sicut et femora, semper in libidine accipiuntur. Denique et in Ezechiel Deus videtur a lumbis usque sursum, electreus : a lumbis usque deorsum igneus (*Ezech.* I). Si quis sursum est, huic aureus est : si quis deorsum, huic gehenna præparata est. « Nec in tibiis viri beneplacitum est ei. » Dicamus secundum litteram. Quoniam dixerat, « Non in fortitudine equi voluntatem habebit, » et quasi bellatorem virum descripserat, videtur mihi hic ubi dixit, « non in tibiis, » non vocare tibias, sed περικνήμιδας. Videmus ergo quodcumque tibias texerit non placere Deo, sed illud quod sursum est. Non placet Deo in fortitudine, non placet in tibiis viri, placet autem in timore suo; virtus non placet, timor placet. Bellantem destruit, rogantem elevat, humiles exaltat, superbos dejicit.

« Beneplacitum est Deo super timentes eum. » Unus timor plures timores projicit; melius est unum timere, ut plures non timeas, quam plures timere, ut unum non timeas. « Et in eis qui sperant super misericordia ejus. » Sperant non in operibus suis, sed in misericordia judicii. Laudate Dominum, quoniam bonum est psalmus : quoniam qui sperant super misericordia ejus, sola salvatione sanantur. Cui est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

PSALMUS CXLVII.

« Lauda, Jerusalem, Dominum, lauda Deum tuum, Sion. » Modo audivimus sanctum prophetam prædicantem propter prævaricationem legis populum Judaicum esse desertum, et quomodo nunc dicitur : « Lauda, Jerusalem, Dominum : lauda Deum tuum, Sion. » Deinde quid sequitur ?

« Quoniam confortavit seras portarum tuarum. » Ergo de ista Jerusalem loquitur, de ista Sion : « lauda Deum tuum, Sion. » Quare? « Quoniam confortavit seras portarum tuarum. Non sunt portæ, et

demeure sera livrée à l'abandon et à la solitude ? (*Luc.* XIII).

« C'est lui qui a établi la paix sur tes frontières.» Où a été établie cette paix que la guerre a détruite ? « Et il te rassasie de la graisse du froment.» Est ce que le froment a de la graisse? Répondez, ô Juif, le froment a-t-il de la graisse? Or, si le froment n'a point de graisse, vous êtes forcé, par la nécessité, d'entendre ce verset et tous les autres dans un sens spirituel. « Jérusalem, loue le Seigneur.» Jérusalem est la vision de la paix ; « loue ton Dieu, ô Sion. » Sion signifie *lieu d'où l'on observe*. Vous comprenez donc ce que veut dire le prophète. « Jérusalem, loue le Seigneur.» Partout où est la vision de la paix, là aussi est la contemplation de Dieu, là est la louange de Dieu. L'Eglise loue donc le Seigneur, quand elle commence à croire en lui, et à jouir de la paix, quand elle commence à voir la paix, c'est-à-dire Jérusalem, la vision de la paix. Vous, qui étiez auparavant le serviteur des idoles, vous êtes devenu le serviteur de Dieu ; louez donc votre Dieu. Et lorsque vous commencerez d'avoir la science, et d'être un lieu d'observation, c'est-à-dire Sion, louez le Seigneur ; c'est-à-dire, Jérusalem, louez-le, louez-le aussi Sion, vous, âme fidèle, qui êtes de l'Eglise, et vous qui êtes l'Eglise. Ce n'est ni aux hérétiques, ni à la synagogue, mais à vous qu'il appartient de le louer. Quel est le motif de ces louanges ? « Parce qu'il a fortifié les serrures de tes portes. » Le Seigneur aime les portes de Sion au-dessus de toutes les tentes de Jacob. (*Ps.* LXXXVI). Les portes de Sion, nous l'avons dit, ce sont les prophètes ; or, puisque nous savons que les prophètes sont appelés les portes de Sion, voyons quelles sont les serrures de ces portes. Les vraies portes de l'Eglise sont les prophètes ; sans les prophètes, nous ne pouvons entrer dans l'Eglise. Le manichéen a voulu entrer dans l'Eglise sans passer par les portes, et il n'a pu entrer. Marcion ne reçut pas l'ancien Testament, et, ne passant point par les portes de l'ancien Testament, il n'a pu entrer dans l'Evangile. Pour nous, nous reconnaissons que les prophètes sont les portes, et nous entrons par ces portes. Mais voyons quelles sont les serrures de ces portes. Un grand nombre de voleurs et de larrons désirent entrer par les portes. Tous ceux qui sont venus avant moi étaient des voleurs et des brigands, dit Jésus-Christ. (*Jean* X). Oh! si Dieu m'accordait de pouvoir être une serrure des portes de Sion ! Si un hérétique voulait forcer ces portes pour entrer dans la divine économie des Evangiles, je me mettrais en travers, et je lui défendrais de passer. « Parce qu'il a fortifié les serrures de tes portes.» Donnez-moi un prêtre profondément instruit des célestes Ecritures ; s'il voit venir Eunomius, Arius, pour arracher aux prophètes quelques témoignages contre nous, est-ce qu'il ne se tient pas comme une serrure ? est-ce qu'il ne leur résiste pas victorieusement comme une serrure? « Parce qu'il a fortifié les serrures de tes portes.»

quomodo seræ salvæ sunt ? « Benedixit filios tuos in te. » Quomodo benedixit, qui dixit : Relinquetur vobis domus vestra deserta. (*Luc.* XIII) ?

« Qui posuit fines tuos pacem. » Ubi pax posita est, quæ bello subversa est ? « Et adipe frumenti satiat te. » Frumentum adipem habet ? O Judæe, responde. Frumentum adipem habet ? Si ergo frumentum adipes non habet, et compelleris necessitate spiritualiter intelligere, secundum istum versiculum et cætera intelligenda sunt. « Lauda, Jerusalem, Dominum. » Jerusalem, « visio pacis. Lauda Deum tuum, Sion. » Sion « specula » interpretatur. Videtis ergo quid dicat. « Lauda, Jerusalem, Dominum. » Ubicumque visio pacis est, ubicumque contemplatio Dei : ibi laus Dei fit. Laudat ergo Ecclesia Dominum, quando cœperit in illum credere et habere pacem, et cœperit videre pacem, hoc est, Jerusalem visionem pacis. Qui prius eras servus idolorum, factus es servus Dei ; lauda ergo Deum tuum. Quando vero cœperis jam habere scientiam, et esse specula, hoc est, Sion, lauda Dominum, hoc est, tu lauda Jerusalem, tu lauda Sion : tu Ecclesiastica anima, tu Ecclesia. Non laudent hæretici, non laudent Synagogæ, sed tu lauda. Quare ? « Quoniam confortavit seras portarum tuarum. » Diligit Dominus portas Sion, super omnia tabernacula Jacob. (*Psal.* LXXXVI). Portas Sion diximus prophetas ; quoniam ergo portas Sion novimus prophetas dici, videamus quæ sint seræ portarum. Veræ enim Ecclesiæ portæ prophetæ sunt ; sine prophetis Ecclesiam ingredi non possumus. Manichæus intrare voluit sine portis, et non intravit. Marcion non recipit vetus Testamentum, et sine portis veteris Testamenti in Evangelium intrare non potuit. Nos ergo recipimus portas prophetas, et per portas ingredimur. Sed videamus quæ sint seræ portarum ; multi latrones, multi fures cupiunt intrare per portas. Omnes qui ante me venerunt, fures fuerunt et latrones. (*Joan.* X). O si et mihi concederet Dominus, ut sera essem de portis Sion ! Si quis hæreticorum per illas in Evangelii dispositionem vellet intrare : ego starem in portis, et prohiberem illum. « Quoniam confortavit seras portarum tuarum. » Da mihi aliquem ecclesiasticum virum, Scripturis cœlestibus eruditum, si viderit venire Eunomium, venire Arium, velle tollere aliquid de prophetis contra nos : nonne stat quasi sera ? nonne vincit quasi sera ? « Quoniam

Remarquez la justesse de cette expression : « Il a fortifié.» Ainsi, quand vous voyez un ministre de l'Eglise discuter sur les saintes Ecritures, ce n'est pas lui qui discute, ne le croyez pas, c'est celui qui le fortifie. « Et il te rassasie de la moelle du froment. » Si le grain de froment, dit le Sauveur, ne tombe dans la terre, il demeure seul. (*Jean* XII). Notre-Seigneur, qui est ce grain de froment, est tombé dans la terre, et nous a multipliés. Mais ce grain de froment est très riche, il a de la moelle, il a de la graisse. « Et il te rassasie de la moelle du froment. » Heureux celui qui découvre la moelle dans ce froment. Pour moi, je pense que le corps de Jésus c'est l'Evangile, les saintes Ecritures ; je pense que c'est sa doctrine, et lorsqu'il dit : Celui qui ne mange point ma chair, et ne boit point mon sang (*Jean* VI), bien qu'on puisse entendre ces paroles dans un sens mystérieux, cependant, le corps et le sang de Jésus-Christ sont plus véritablement les paroles des Ecritures, et la doctrine divine. Lorsque nous approchons du mystère, le fidèle comprend, et, s'il tombe dans quelque faute qui souille son âme, il est en danger. Lorsque nous entendons la parole de Dieu, et que la parole de Dieu, la chair de Jésus-Christ et son sang sont comme versés comme dans nos oreilles, si nos pensées se portent sur d'autres choses, à quel grand danger nous nous exposons ! « Et il te rassasie de la moelle du froment.» La parole divine est pleine de moelle et de graisse, elle contient en elle toutes les délices. Tout ce que vous pouvez désirer découle de la parole divine, c'est ainsi que, selon la tradition des Juifs, lorsqu'ils mangeaient la manne, elle s'accommodait à la volonté et au goût de chacun. (*Sag.* XVI). Comme si l'auteur sacré disait : Celui qui se nourrissait de la manne, désirait-il une pomme, une poire, des raisins, du pain, de la viande, elle s'accommodait au goût et au désir de chacun, et prenait la saveur de ce qu'il désirait. Il en est ainsi de la chair de Jésus-Christ, qui est la parole de la doctrine, c'est-à-dire l'interprétation des saintes Ecritures : nous en recevons la nourriture telle que nous la voulons. Êtes-vous saint, vous y trouvez le rafraîchissement; êtes-vous pécheur, vous y trouvez votre châtiment. « Et il te rassasie de la moelle du froment ; » il n'en laisse aucuns restes. « Il a béni tes enfants dans ton enceinte. » Or, à tous ceux qui l'ont reçu, il a donné le pouvoir de devenir enfants de Dieu. (*Jean* I). « C'est lui qui a établi la paix sur tes frontières. » Nous lisons dans un autre psaume: Il a établi la paix dans le lieu qu'il habite. (*Ps.* LXXV). Je vous donne ma paix, je vous laisse ma paix, non pas la paix telle que le monde la donne (*Jean* XIV) ; car la paix du monde est pour nous une véritable guerre. Je vous donne ma paix ; ayez la guerre avec le monde, et vous aurez la paix que je donne. « C'est lui qui a établi la paix sur tes frontières. » Celui donc qui n'est pas en paix avec son frère, n'habite point sur les frontières de Jérusalem. On me dira : Que faire ? Mon frère

confortavit seras portarum tuarum. » Pulchre dixit; « confortavit : ut quando videris virum ecclesiasticum disputantem, non putes illum esse qui disputat, sed qui confortat ecclesiasticum. « Et adipe frumenti satiat te. » Nisi, inquit, granum tritici ceciderit, ipsum solum salvum erit. (*Joan.* XII). Si autem ipsum ceciderit, multos salvos facit. Dominus noster granum tritici in terram cecidit, et nos multiplicavit. Sed istud granum frumenti pinguissimum est, medullam habet, adipem habet. « Et adipe frumenti satiat te. » Felix est qui in frumento isto adipem intelligit. Legimus sanctas Scripturas. Ego corpus Jesu, Evangelium puto : sanctas Scripturas, puto doctrinam ejus. Et quando dicit, qui non comederit carnem meam, et biberit sanguinem meum (*Joan.* VI), licet et in mysterio possit intelligi, tamen verius corpus Christi, et sanguis ejus, sermo Scripturarum est, doctrina divina est. Si quando imus ad mysterium, qui fidelis est, intelligit, si in maculam ceciderit, periclitatur. Si quando audimus sermonem Dei, et sermo Dei, et caro Christi, et sanguis ejus in auribus nostris funditur, et nos aliud cogitamus, in quantum periculum incurrimus ! « Et adipe frumenti satiat te. » Pinguissimus sermo divinus est, omnes habet in se delicias. Quidquid volueris, ex sermone divino nascitur ; sicut tradunt Judæi, quoniam manna quando comedebant, secundum voluntatem uniuscujusque, sic sapiebat in ore. (*Sap.* XVI). Ac si dixisset : Qui manna comedebat, si desiderabat mala, si pirum, si uvam, si panem, si carnes, secundum qualitatem et voluntatem comedentis, ita et sapor in manna erat. Sic et in carne Christi, qui est sermo doctrinæ, hoc est, Scripturarum sanctarum interpretatio, sicut volumus, ita et cibum accipimus. Si sanctus es, invenis refrigerium ; si peccator es, invenis tormentum. « Et adipe frumenti satiat te.» Non dimittit aliquas reliquias. « Benedixit filios tuos in te. » Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri. (*Joan.* I). « Qui posuit fines tuos pacem. » In alio psalmo legimus : Et factus est in pace locus ejus. (*Psal.* LXXV). Pacem meam do vobis : pacem meam relinquo vobis, non sicut mundus habet pacem (*Joan.* XIV) : siquidem mundi pax, nostrum bellum est. Meam pacem do vobis ; bellum habetote cum mundo, et meam pacem habebitis. « Qui posuit fines tuos pacem. » Qui ergo non est in

ne veut point se réconcilier avec moi, je suis donc en dehors des frontières de Jérusalem? Autant qu'il est en vous, vous dit l'Apôtre, ayez la paix avec tous les hommes (*Rom.* XII) : J'étais pacifique avec ceux qui haïssaient la paix. (*Ps.* XII). Pour vous, ayez la paix; si un autre se met en colère, il déclare la guerre, et cette guerre devient le principe de votre paix. L'infortuné Judas venait pour trahir, et le Seigneur lui donne le baiser de paix (*Luc.* XXII) ; et par ce baiser, Judas déclare la guerre.

« C'est lui qui envoie sa parole à la terre. » Répondez-moi, Juif: si le prophète voulait parler du froment, et si Dieu vous rassasie au littéral de la moelle du froment, comment peut-il dire maintenant : « C'est lui qui envoie sa parole à la terre? » Au commencement était le Verbe (*Jean* I); c'est ce Verbe qui est envoyé dans une chair mortelle ; et le Verbe s'est fait chair, et il a habité parmi nous. « C'est lui qui envoie sa parole à la terre. » C'est alors que s'accomplit cette prophétie : La terre a donné son fruit. (*Ps* LXVI). « C'est lui qui envoie sa parole à la terre. » Il veut parler de la prédication de l'Evangile et de la doctrine des apôtres. Un seul homme, pauvre et déjà vieux, a prêché depuis Jérusalem jusqu'à l'Illyrie, « et sa parole a couru avec vitesse. » Cette parole, qui s'était fait entendre de Jérusalem jusque dans l'Illyrie, dit ensuite : Je veux aller jusque dans l'Espagne; c'est ce que dit l'apôtre saint Paul. (*Rom.* VI). Voyez combien rapide est cette parole : l'Orient ne lui suffit pas, il désire voler dans l'Occident.

« C'est lui qui fait tomber la neige comme des flocons de neige, qui répand la gelée blanche comme la cendre. » Vous voyez quelles difficultés présentent ces paroles, de quelle obscurité elles sont recouvertes. « Qui pourra soutenir la rigueur de son froid? » Le froid de qui? Il ne le dit point, et il ajoute :

« Il envoie sa parole, et la glace se fondra. » C'est celui dont il avait dit : « Il envoie sa parole à la terre. » Il envoie sa parole; qui envoie? Dieu le Père. Et le Verbe était en Dieu, et le Verbe était Dieu. Nous avons parlé du Père, nous avons parlé du Fils, nous ne pouvons limiter notre foi à ces deux personnes, il faut compléter la Trinité.

« Son Esprit soufflera et les eaux couleront. » Vous voyez que là où est le Père et le Verbe de Dieu, l'Esprit-Saint vient aussitôt s'y joindre. Considérons donc ce qui est dit plus haut : « Il te rassasie de la moelle du froment; il envoie sa parole à la terre, et sa parole court rapidement. » Que dit-il tout aussitôt après? « Il fait tomber la neige comme des flocons de neige. » La parole du Seigneur qui court avec rapidité, nous est donnée comme la neige, et la neige elle-même est comme des flocons de laine. Voyez la miséricorde du Seigneur: la nourriture que nous donne le Seigneur se change pour nous en vêtement. Jean-Baptiste avait dit du

pace cum fratre, iste non est in finibus Jerusalem. Dicat aliquis : Quid facio? Non vult mihi reconciliari frater, ergo extra fines sum Jerusalem? Quantum, inquit, ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. (*Rom.* XII). Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. (*Psal.* CXIX). Tu habeto pacem, si alius irascitur, ille bellum habet, et per bellum illius tibi pax nascitur. Vultis scire quomodo et bellum pax sit? Infelix Judas veniebat ad proditionem, et Dominus ei pacis osculum porrigit (*Luc.* XXII), ille osculo bellum creat.

« Qui emittit eloquium suum terræ. » Responde, Judæe : si de frumento dicebat, et adipe frumenti satiat te, quomodo nunc dicit : « Qui emittit eloquium suum terræ? » In principio erat Verbum (*Joan.* I) ; hoc Verbum in carne mittitur: Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. (*Ibid.*). « Qui emittit eloquium suum terræ. » Eo tempore completum est : Terra dedit fructum suum. (*Psal.* LXVI). « Qui emittit eloquium suum terræ. » De prædicatione loquitur Evangelica, et de doctrinâ apostolorum. Denique sequitur : « Velociter currit sermo ejus. » In omni enim terra auditus est sermo ejus, et in orbe terrarum, apostolica doctrina. Unus homo pauper, et jam senex prædicavit ab Jerusalem usque ad Illyricum, et « velociter currit sermo ejus. » Quoniam ergo venerat de Jerusalem, usque Illyricum, et « velociter cucurrit sermo ejus : deinde sequitur, et dicit ipse sermo qui prædixerat, de Jerusalem usque ad Illyricum : volo autem ire et ad Hispanias. Hoc loquitur apostolus Paulus. (*Rom.* XV). Videte velocitatem sermonis ; non est contentus ad orientem, ad occidentem currere desiderat.

« Qui dat nivem sicut lanam : nebulam sicut cinerem spargit, etc. » Videtis quanta sit difficultas, quam obscura sunt quæ dicuntur. « Ante faciem frigoris ejus quis sustinebit? » Cujus? Nihil dicitur ; deinde dicitur :

« Emittit eloquium suum, et liquefaciet ea. » De illo de quo dixerat : « Emittit eloquium suum terræ. » Emittit verbum suum. Quis emittit? Deus Pater. Et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Diximus Patrem : diximus Filium : non possumus in duplo numero credere, nisi compleatur Trinitas.

« Flavit spiritus ejus, et fluent aquæ. » Videtis quoniam ubi Pater, et Verbum Dei, statim et Spiritus sanctus est. Videamus ergo ab initio quod dicitur : « Et adipe frumenti satiat te : emittit eloquium suum

Seigneur et Sauveur: Voici l'Agneau de Dieu, voici Celui qui efface les péchés du monde. (*Jean* I). Et Isaïe dit dans un autre endroit: Il a été conduit à la mort comme une brebis. (*Isaï.* LIII). La laine de cet agneau, de cette brebis est comme de la neige. Isaïe dit encore : Quand vos péchés seraient rouges comme l'écarlate, je les rendrai plus blancs que la neige. (*Isaï.* LIII). Vous m'arroserez, Seigneur, avec l'hyssope et je serai purifié ; vous me laverez, et je deviendrai plus blanc que la neige. (*Ps.* L). « C'est lui qui fait tomber la neige comme des flocons de laine. » Effacez, Seigneur, toutes mes souillures, effacez toutes les taches du vice, donnez aux âmes chrétiennes la blancheur de votre neige, de votre pureté. Si vous ne faites tomber sur nous la neige de votre éclatante sainteté, nous ne pourrons nous couvrir de votre vêtement. Jésus-Christ est notre vêtement ; si nous voulons être couverts des vêtements de Jésus-Christ, devenons purs comme la neige. « C'est lui qui répand la gelée blanche, comme la cendre. » L'interprète latin a mal traduit le mot hébreu par *nebulam*, brouillard, car ce que la version grecque traduit par ὁμίχλη, signifie, en hébreu, *pruinam*, gelée blanche. Le psalmiste dit: « Il répand la gelée blanche, comme de la cendre.» Il nous instruit, et tout à la fois nous fait de la neige comme un vêtement, et après nous avoir revêtus de ce vêtement, il nous donne ensuite la nourriture. « Il répand la gelée blanche comme de la cendre. » Voyez ce qu'il veut dire par cette comparaison : « Comme de la cendre.» Voulez-vous être pur ? Faites pénitence. Je mangeais mon pain comme de la cendre, et je mêlais mes larmes avec ma boisson. (*Ps.* CI). Ne voyez-vous pas comment il répand sa gelée blanche comme de la cendre ? Il se fait ici un grand changement. De la cendre sort la neige, la pénitence produit la pureté du cœur.

« Il envoie son cristal comme des morceaux de pain. » De même que le pain se rompt et se divise par morceaux, ainsi le cristal se rompt lui-même et se partage aussi en morceaux. C'est la nature du cristal, comme de l'eau gelée à laquelle nous donnons le nom de glace. Il y a donc entre le cristal et l'eau la même différence qu'entre l'eau et la glace : l'eau se répand au loin de tous côtés, le cristal se resserre pour faire un tout qui ne présente qu'une seule forme; or, si l'eau vient à geler, elle devient comme un cristal. Puisque donc nous ne pouvons prendre les chairs du Verbe dans leur entier, on les divise pour que nous puissions les prendre par parties. Ces choses sont difficiles, et la difficulté de les expliquer ne nous permet pas de nous étendre davantage. « Qui pourra soutenir la rigueur de son froid ? » Le froid de qui ? les uns disent, de la glace ; les autres, du Seigneur ; je crois que c'est le froid de Dieu lui-même.

terræ, velociter currit sermo ejus. » Repente quid sequitur ? « Qui dat nivem sicut lanam. » Sermo Domini, qui velociter currit, sic datur quasi nix, et ipsa nix est quasi lana. Videte misericordiam Domini ; cibus Domini, nobis in vestimentum vertitur. Dixerat Joannes de Domino Salvatore : Ecce Agnus Dei, qui tollit peccata mundi. (*Joan.* I). Et in alio loco Isaias : Quasi ovis ad victimam ductus est. (*Isai.* LIII). De isto igitur agno, et de ista ove, lana ista est quasi nix. Dicit Isaias : Si fuerint peccata vestra quasi coccinum, quasi nivem dealbabo. (*Isai.* I). Asperges me, Domine, hyssopo et mundabor : lavabis me, et super nivem dealbabor. (*Psal.* L). « Qui dat nivem sicut lanam. » Tolle, Domine, sordes meas, tolle quodcumque vitii est ; nivem tuam, et puritatem tuam tribue mentibus Christianis. Nisi tu nobis nivem dederis munditiarum tuarum, vestimentum tuum habere non possumus, Christus vestimentum nostrum est ; si volumus Christi habere vestimentum, mundi simus quasi nix. « Nebulam quasi cinerem spargit. » Male interpretatus est Latinus nebulam. Quod enim ὁμίχλη dicitur in Græco : in Hebraico habet « pruinam » (כפור). Denique ita sequitur : « Pruinam sicut cinerem spargit. » Docet nos, et facit nobis vestimentum quasi nivem, et cum nos vestierit vestimento suo, tunc nobis tribuit alimenta. « Pruinam sicut cinerem spargit. » Vide quid dicat : « sicut cinerem. » Vis esse mundus? age pœnitentiam. Panem meum sicut cinerem manducavi, et potum meum cum fletu miscebam. (*Psal.* CI). Nonne vides quomodo pruinam suam sicut cinerem spargit? Grandis rerum mutatio ; de cinere nix fit, de pœnitentia, mundus efficitur.

« Mittit crystallum suam sicut buccellas.» Quomodo panes franguntur, et buccellæ fiunt, sic et crystallus frangitur, et in buccellas vertitur. Crystallus naturam hanc habet, sicut aquæ quando congelantur : quod nos glaciem dicimus. Inter crystallum ergo et aquam hoc interest, quod est inter aquam et glaciem, quoniam aqua latissime funditur : cæterum crystallus quasi compingitur in se, et in unam formam redigitur ; si quando aqua congelascit, crystallum efficit. Quoniam ergo nos in totum Verbi carnes capere non possumus, franguntur ut per partes illas capiamus. Res sunt, obscuræ, et interpretationis difficultas non nobis concedit latius loqui. « Ante faciem frigoris ejus quis sustinebit ? » Cujus ? Alii dicunt crystalli, alii Domini ; mihi autem videtur de Deo dici. « Ante faciem frigoris ejus quis sustinebit ? » Quæ tormenta dicuntur in Scripturis

Quels sont les tourments préparés aux pécheurs, d'après les saintes Ecritures ? Il n'y a rien de plus brûlant que la géhenne, et cependant le froid y règne. Gehenne vient de *ignis*, feu ; or, si quelqu'un laisse refroidir en lui la charité, il sera jeté dans le feu de la géhenne. Il est écrit : que, dans les derniers jours, la charité d'un grand nombre se refroidira. (*Matth.* XXIV). Quiconque laisse ainsi refroidir en lui la charité sera précipité dans le feu. Que le Seigneur nous accorde cette grâce que le froid n'entre jamais dans nos cœurs ; nous ne péchons que lorsque la charité s'est refroidie en nous. Que nous recommande, en effet, l'Apôtre ? Soyez fervents en esprit. (*Rom.* XII). Et notre Dieu est un feu consumant. (*Deut.* IV). Or, si Dieu est un feu consumant, il n'est un feu que pour chasser le froid du démon. L'aquilon, qui est le vent le plus froid, est appelé du nom de *dexter*, à droite. C'est avec justesse qu'on dit qu'il est appelé, car il a pris ce nom bien qu'il soit le vent de la gauche. Si donc l'âme vient à se refroidir, elle ressemble à l'aquilon, qui est le vent le plus froid. Or, quand la chaleur se refroidit-elle dans notre cœur ? S'il vient à pécher, s'il se refroidit, s'il se laisse gagner par la mort. Veuillez peser ces paroles : s'il se refroidit, s'il se laisse gagner par la mort. Le froid cadavérique est un des signes de la mort ; la chaleur, le signe de la vie. Si donc un chrétien se refroidit, s'il vient à mourir, Dieu enverra sa parole, son Verbe, et il fera fondre ces glaces. Que Dieu nous accorde que le froid de notre âme se fonde ainsi, que cette glace se liquéfie et devienne plus molle au toucher. « Il enverra sa parole, et la glace se fondra. » Donnez-moi un pécheur sur lequel Dieu n'a pas laissé tomber son regard : il n'a aucune chaleur, il est complètement froid, il est mort. S'il vient à être touché de componction en entendant la parole de Dieu ; s'il commence à faire pénitence et que son cœur endurci s'amollisse, alors s'accomplit ce qui est dit ici : Il enverra sa parole et il fera fondre toutes ces glaces. » C'est le Père qui envoie ; c'est le Verbe qui est envoyé ; c'est l'Esprit-Saint qui touche de son onction. « Son Esprit a soufflé. » Soyez fervents en esprit, le froid ne peut être chassé que par la chaleur de l'Esprit-Saint. Où sont les eunomiens, où sont les ariens, où sont les macédoniens qui disent que l'Esprit-Saint ne doit pas être mis sur le même rang que le Père et le Fils ? Dieu le Père envoie, le Verbe est envoyé, mais le salut n'est entier que lorsque l'Esprit-Saint a fait sentir son souffle. Son Esprit a soufflé, et les eaux couleront. Les eaux qui étaient auparavant gelées et durcies deviendront molles ; celui qui ne pouvait ni entendre, ni pratiquer la justice, est maintenant un fidèle disciple. Comme nous avons parlé assez longuement, et que ce qui suit est assez clair, prions le Seigneur que notre dureté s'amollisse, que nos péchés soient lavés, que nous devenions comme du feu, afin que le froid du démon, quel qu'il puisse être, soit chassé de nos

sanctis peccatori præparata ? Nihil gehenna calidius est, et tamen ipsa frigida est ; gehenna ex igne est ; sed si quis a charitate refriguerit, mittitur in gehennæ ignem. Scriptum est : quoniam in novissimis diebus refrigescet charitas multorum. (*Matth.* XXIV). Quicumque ergo sic infriguerit, iste mittitur in ignem. Dominus nobis præstet ne quando frigus ingrediatur corda nostra ; non peccamus, nisi ante refriguerit charitas. Denique quid loquitur Apostolus ? Spiritu ferventes. (*Rom.* XII). Et Deus noster ignis est. (*Deut.* IV). Si ergo Deus noster ignis est : propterea ignis est, ut frigus diaboli ejiciat. Aquilo ventus frigidissimus, nomine autem dexter vocatur. Pulchre dixit, vocatur ; assumpsit enim sibi nomen, cum sinister sit. Si cujus ergo anima refrixerit, ut Aquilo ventus frigidissimus est. Quando autem calor charitatis in corde nostro refrigescit ? Si peccaverit, si refrixerit, si mortuus fuerit. Diligenter attendite quæ dico : Si refrixerit, si mortuus fuerit. Refrigescere autem mortuorum est, calere viventium. Si quis ergo refrixerit, et mortuus fuerit, mittet Deus verbum suum, et liquefaciet eum. Dominus præstet, ut et nostrum frigus liquefiat, ut crystallum illud solvatur, et molle fiat. « Emittet verbum suum, et liquefaciet ea. » Da mihi peccatorem quem Dominus non respicit ; non habere calorem, sed totum esse frigidum et mortuum. Si ad sermonem Dei compunctus fuerit, et cœperit agere pœnitentiam, et durissimum cor illius emollitum fuerit, eo tempore completur : « Emittet verbum suum, et liquefaciet ea. » Emittit Pater, Verbum mittitur, ungit Spiritus sanctus. « Flavit spiritus ejus : » spiritu ferventest ; frigus non expellitur, nisi calore Spiritus sancti. Ubi sunt Eunomiani, ubi Ariani, ubi Macedonani, qui dicunt Spiritum sanctum non numerari cum Patre et Filio ? Deus Pater mittit : Verbum mittitur, et tamen plena sanitas non est, nisi Spiritus sanctus flaverit. « Flavit spiritus ejus et fluent aquæ. » Aquæ quæ ante duræ erant, molles fient ; qui ante justitiam audire, vel dare non poterat, iste nunc discipulus est. Quoniam autem multa locuti sumus, et quæ sequuntur, manifesta sunt : oremus Dominum, ut nostra duritia mollescat, et nostra peccata purgentur, ut efficiamur quasi ignis : ut et frigus diaboli, quodcumque est, in cordibus nostris, expellatur, et caleamus Spiritu sancto ; est quippe

cœurs, et que nous soyons embrasés de l'Esprit-Saint, car il y a une mauvaise chaleur. Tous sont adultères, dit le prophète; leurs cœurs sont comme des fournaises ardentes (*Osée* VIII) ; mais cette mauvaise chaleur est chassée par la chaleur de l'Esprit-Saint. A lui soit la gloire, dans les siècles des siècles. Ainsi-soit-il.

PSAUME CXLVIII.

« Alleluia. Psaume d'Aggée et de Zacharie. » Ce psaume a deux alleluia dans le titre, et plusieurs concluent de là qu'ils ont fait primitivement partie du psaume. Mais il nous faut ici remarquer qu'un de ces alleluia est la fin du psaume précédent, et que l'autre alleluia est le commencement du suivant. Et nous devons retenir cette règle que tous les psaumes qui ont dans leur titre alleluia doivent se terminer également par alleluia. Il en est beaucoup aussi qui pensent que ces deux alleluia sont le commencement d'un autre psaume. Ce n'est point notre opinion ; pour nous, tout psaume qui commence par alleluia, doit finir aussi par alleluia. Pourquoi ces explications ? pour que vous sachiez bien pourquoi ce psaume est précédé de deux alleluia.

« Louez le Seigneur, vous qui êtes dans les cieux ; louez-le dans les lieux les plus élevés. » Pour louer Dieu convenablement, les hommes ne suffisent pas, il faut que les cieux se joignent à eux. « Louez le Seigneur, vous qui êtes dans les cieux. » Il ne dit pas : cieux, louez-le, mais, louez-le, vous qui êtes dans les cieux ; c'est-à-dire, vous qui habitez dans les cieux, trônes, dominations, puissances, séraphins, chérubins et tout nom qui nommé, non seulement dans le siècle présent, mais dans le siècle futur. » Louez le Seigneur, vous qui êtes dans les cieux. » Vous qui êtes dans les cieux, dans les lieux élevés ; « louez-le des lieux élevés que vous habitez. » Vous qui êtes si haut placés, louez le Très-Haut ; ce n'est point à ceux qui habitent les lieux inférieurs qu'il dit : louez, mais à vous, qui habitez les sphères supérieures.

« Louez-le, vous tous qui êtes ses anges. » Vous voyez le degré qu'occupent les anges : d'abord sont les Trônes, les Trônes, c'est-à-dire les sièges. Ne croyons pas que ce soient comme des chaires où Dieu serait assis, ce sont des puissances célestes au milieu desquelles Dieu est toujours assis comme dans un char. « Louez-le vous tous qui êtes ses anges. » Celui qui est ange loue Dieu ; celui qui est démon ne peut le louer. « Louez-le, vous tous qui êtes ses puissances. » Puisque nous avons invité les anges à célébrer les louanges de Dieu, et que l'homme ne peut connaître le nom de toutes ces puissances, je dis en général : « Louez-le, vous tous qui êtes ses puissances. » Jusqu'ici je ne parle que des êtres qu'on ne voit pas ; louez-le, vous qui êtes invisibles, l'œil de l'homme ne peut voir les choses invisibles. Le psalmiste arrive maintenant aux créatures que nous voyons de nos yeux.

« Soleil et lune, louez-le. » Voyez, vous gentils; remarquez, vous manichéens, le soleil donne des louanges, il n'en reçoit point. « Soleil et lune, louez-le. » Vous dites que le soleil est Dieu,

et malus calor : Omnes adulterantes, quasi clibanus corda eorum. (*Osee.* VII). Sed ille calor, calore Spiritus sancti expellitur. Cui sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

PSALMUS CXLVIII.

« Alleluia. » Aggæi, et Zachariæ. » Iste psalmus duo alleluia habet in titulo, et hoc multi putant, quoniam in titulo sint psalmi posita. Scire autem debemus, quoniam unum alleluia de fine superioris psalmi est : aliud alleluia initium sequentis psalmi est. Et hanc regulam debemus accipere et scire, quoniam omnes Psalmi qui in principio habent « alleluia, » et in fine habeant. Multi autem putant, quoniam alterius psalmi principium sit. Non est ita, sed ille psalmus qui in principio habet « alleluia, » ipse et in fine habet. Hoc totum quare dixi ? Ut sciatis quare in isto psalmo duo alleluia præposita sint.

« Laudate Dominum de cœlis : laudate eum in excelsis. » Ad laudem Dei, sola hominum natura non sufficit, jungantur et cœli. « Laudate Dominum de cœlis. » Non dixit, laudate, cœli ; sed vos laudate, qui estis in cœlis, hoc est, qui habitatis in cœlis, throni, dominationes, potestates, seraphim, cherubim, et omne nomen quod nominatur, non solum in præsenti sæculo, sed in futuro. « Laudate Dominum de cœlis. » Qui estis in cœlis, qui estis in excelsis, « laudate eum in excelsis. » Excelsi, laudate excelsum ; non dixit humilibus et deorsum positis, laudate ; sed vos qui in sublimi estis.

« Laudate eum omnes angeli ejus. » Vides in quo gradu sunt angeli ? Primum throni dicuntur ; throni, sedes. Non putemus cathedras esse, in quibus Deus sedeat : sed virtutes aliquas in cœlestibus, in quibus Deus sedeat semper, quasi in quadriga sua. « Laudate eum, omnes angeli ejus. » Qui angelus est, laudat : qui dæmon est, laudare non potest. « Laudate eum omnes virtutes ejus. » Quia ad laudes Dei angelos provocavimus, et homo cunctarum virtutum nomen scire non potest, generaliter dico : « Laudate eum, omnes virtutes ejus. » Hucusque de invisibilibus : laudate eum, qui estis invisibiles ; invisibilia humanus oculus non potest intueri ; nunc venit ad creaturas quas oculis cernimus.

« Laudate eum, sol et luna. » Videte, gentiles : videte Manichæi sol non laudat, non laudatur. « Laudate eum, sol et luna. » Vos solem Deum dicitis ; ecce post quanta laudat. « Laudate Dominum de

voyez après combien de créatures plus élevées il l'invite à louer Dieu. « Louez le Seigneur, vous qui êtes dans les cieux ; louez-le, vous qui êtes dans les lieux plus élevés ; louez-le, vous tous qui êtes ses anges ; louez-le, vous tous qui êtes ses puissances. » Votre Dieu se trouve ainsi reculé au cinquième rang. « Soleil et lune, louez-le.» Il ne dit pas : lune et soleil, mais « soleil et lune.« L'astre le plus éclatant est le premier à louer Dieu. Voyez l'ordre des êtres visibles. « Louez-le, soleil ; » après le soleil, la lune ; après la lune, les étoiles. Ce n'est pas seulement Lucifer, ce ne sont pas seulement les plus grandes étoiles, mais les plus petites sont appelées également à louer le Seigneur. Quelqu'un me demandera : Comment le soleil, la lune et les étoiles peuvent louer Dieu? En ne s'écartant jamais de l'ordre et des lois que Dieu leur a tracées ; leur obéissance à ces lois, c'est la louange de Dieu. Que vous êtes grandement honorée, ô âme de l'homme ! c'est pour vous que le soleil, la lune, les étoiles accomplissent leur cours, c'est pour vous qu'elles obéissent. Les anges, les trônes, les dominations n'ont pas besoin du soleil, ni de la lune, ni des étoiles, car ils sont placés dans les cieux au-dessus du soleil, de la lune et des étoiles. Le soleil et la lune et les étoiles ont été créés pour nous, et pour notre service. L'Apôtre dit que la créature elle-même gémit, et souffre les douleurs de l'enfantement dans l'attente de la délivrance de Dieu. (*Rom.* VIII). Or, quand les enfants de Dieu auront été délivrés, les créatures elles-mêmes seront délivrées de leur servitude. On me demandera : Dans quel sens le soleil est-il dans la servitude et sera-t-il délivré ? Quelle sera cette délivrance de la lune et des étoiles? Le soleil est délivré pour ne pas voir les Juifs ni les gentils, ni ceux qui blasphèment leur Dieu. Il voit les parricides, il voit les homicides, et il continue d'être soumis à l'empire de Celui qui lui a donné des lois, car il fait lever son soleil sur les justes et sur les impies. (*Matth.* V).«Louez-le vous toutes, étoiles de la nuit et lumière du jour. Quelqu'un me dira : Quelle peut être la lumière sans le soleil, sans les étoiles, sans la lune? Nous pouvons répondre que la lumière peut luire sans le soleil, entre la nuit et le jour ou entre le jour et la nuit, bien que beaucoup pensent qu'elle n'est que le rayon resplendissant du soleil. Le psalmiste dit donc : « Louez-le, vous toutes, étoiles de la nuit, et lumière du jour.» De même qu'il avait dit des créatures invisibles : « Louez-le, vous toutes qui êtes ses puissances, » ainsi dit-il des créatures visibles : Que tout ce qui répand la lumière le loue.

« Louez-le, cieux des cieux. » Nous disons qu'il y a plusieurs cieux. Ainsi l'Apôtre déclare qu'il a été ravi jusqu'au troisième ciel. (II *Cor.* XII). Considérez quel doit être son éclat, pour qu'il soit le ciel du ciel. Les créatures qu'il énumère ensuite sont aussi des créatures visibles.

« Parce qu'il a parlé, et toutes choses ont été faites. » Pour Dieu, commander, c'est avoir fait ; son commandement est un acte créateur. « Parce qu'il a parlé, et toutes choses ont été

cœlis : laudate eum in excelsis. Laudate eum, omnes angeli ejus. Laudate eum omnes virtutes ejus.» Deus vester in quinto gradu laudans ponitur. « Laudate eum, sol et luna. » Non dixit, luna et sol : sed, « sol et luna. » Quod majus in lumine est, prius laudat. Videte ordinem visibilium. « Laudate eum, sol : » post solem, luna : post lunam, « omnes stellæ. » Non tantum lucifer : non tantum majores stellæ, sed minores pariter laudent Dominum. Dicat aliquis : Quomodo sol, et luna, et stellæ laudent Deum ? In eo quod a suo officio et servitio non recedunt ; servitium ipsorum, laus Dei est. Grandem honorem habes, humana anima ; sol, et luna, et stellæ pro te currunt, pro te serviunt. Angeli, throni, dominationes non habent solem necessarium, non lunam, non stellas ; super solem enim et lunam sunt in cœlestibus. Sol enim et luna, et stellæ propter nos sunt, nobis serviunt. Dicit et Apostolus : quod ipsa creatura congemiscit, et parturit in liberatione servorum Dei. (*Rom.* VIII). Quando autem filii Dei assumpti fuerint, et ipsa creatura de hoc servitio liberatur. Dicat aliquis : Quomodo sol servit, et liberatur ? Quomodo luna ? Quomodo stellæ liberantur ? Sol liberatur, ne Judæos videat : nec gentiles, nec blasphemantes Dominum suum. Videt parricidas, videt homicidas, et tamen servit imperio ejus qui jussit ; solem enim suum oriri facit super justos et impios. (*Matth.* V). « Laudate eum, omnes stellæ et lumen. » Dicat aliquis : Quod est lumen sine sole, sine stellis, sine luna ? Dicere possumus inter noctem et diem, vel inter diem et noctem, quod absque sole lucet : licet multi putent ipsum splendorem solis esse. Dicit igitur : Laudate eum, omnes stellæ et lumen. » Ut quomodo de invisibilibus dixerat, « laudate eum, omnes virtutes ejus : » sic et de visibilibus dicat, laudate eum, omne quod lucet.

« Laudate eum, cœli cœlorum. » Plures cœlos dicimus. Denique Apostolus usque ad tertium cœlum raptum se esse dicit. (II *Cor.* II). Videte igitur quantus fulgor est, ut cœlum cœli sit. Et cætera quæ sequuntur, dixit de visibilibus.

« Quia ipse dixit, et facta sunt. » Dei jussisse fecisse est : ejus imperium fabrica est. « Quia ipse dixit, et facta sunt, » secundum illud quod in Genesi

faites, » selon ce qui est écrit dans la Genèse : Dieu dit, et Dieu fait (*Gen* I) ; c'est-à-dire, Dieu le Père dit, et le Fils a fait. On me dira : Celui qui commande est donc plus grand que celui à qui il commande et qui lui est inférieur. Voilà ce que disent à l'envi les eunomiens, les ariens, les macédoniens. Je vous réponds conformément à votre sentiment : O hérétique, vous dites que le Père qui commande est plus grand, et que le Fils auquel il commande, lui est inférieur. Si vous raisonnez d'après le sentiment des hommes, répondez-moi : qu'est-ce qui est plus grand de commander ou de faire ? Je dis : que cette maison soit faite, et un autre fait cette maison. Dire n'est pas une grande chose, faire est plus difficile. Celui qui fait est donc supérieur à celui qui commande. Mais ceci est une impiété, car le Fils n'est point plus grand que le Père. De même que ce serait une impiété de croire que le Fils est plus grand que le Père, de même c'est une impiété de croire que le Père est plus grand que le Fils. « Parce qu'il a parlé, et toutes choses ont été faites ; il a commandé et elles ont été créées. » C'est une seule et même nature qui commande et qui agit ; Dieu commande et Dieu fait. Le peintre commande au peintre de peindre, et le peintre reproduit sur la toile ce qu'on lui a commandé de peindre.

« Il les a établies pour subsister à jamais et pour les siècles des siècles ; il leur donne une loi et elle ne manquera pas de s'accomplir. » Grand est l'honneur de l'homme, mais grande aussi est son infortune. C'est pour vous que le soleil accomplit sa course, que les éléments sont à votre service, et vous ne connaissez pas votre Créateur ? « Il leur a donné une loi, et elle ne manquera pas de s'accomplir. » Il a donné une loi au soleil, et voici que depuis tant d'années le décret de Dieu s'accomplit avec une si rigoureuse ponctualité que sa course a pu être comme déterminée par les observations de l'homme. « Il leur a donné une loi, et elle ne manquera pas de s'accomplir. » Il a donné à la lune l'ordre de croître et de décroître dans l'espace de trente jours. Et a-t-elle jamais changé son cours ? Les ordres de Dieu sont gardés dans le ciel et on les transgresse sur la terre. Il a donné à la mer l'ordre de ne point franchir ses rivages. L'Océan s'approche du rivage avec ses flots soulevés, et il retourne sur lui-même pour obéir au précepte divin. Le monde tout entier obéit à Dieu, et n'oublie jamais ses ordres, l'homme seul ne daigne pas s'en souvenir. C'est pour cela que nous disons dans l'Oraison dominicale : Que votre volonté soit faite sur la terre comme dans le ciel. (*Matth.* VI). De même que les anges, de même que tous les autres êtres créés vous servent dans le ciel, que l'homme vous serve ainsi sur la terre. O infortuné genre humain ! un Dieu est descendu jusqu'à toi, parce que tu as refusé de monter jusqu'au ciel. Non content de ne l'avoir pas reçu, vous le mettez à mort, vous le crucifiez, vous le blasphémez, vous le flagellez ! Non content de l'avoir mis à mort, vous ne faites point pénitence de ce crime affreux du déicide. Le prophète a

scriptum est : Et dixit Deus, et fecit Deus (*Gen.* I) ; hoc est, dixit Deus Pater, fecit Filius. Dicat aliquis : Ergo major est ille qui jubet, et minor est iste cui jubetur. Dicunt hoc Ariani, dicunt hoc Eunomiani, et dicunt Macedonani. Respondeo tibi secundum sensum tuum : O hæretice, dicis, major est Pater qui jubeat, et minor est Filius in eo quod jubeatur ab illo. Si hoc secundum sensum humanum accipis : responde mihi, quid est majus, jubere, an facere ? Dico : fiat domus, et alius facit domum. Dicere nihil grande est, facere difficile. Major ergo ille qui facit, quam qui præcipit. Sed et hoc impium est : non enim Filius major est Patre. Sicut enim hoc impium est de Filio contra Patrem credere, sic et illud impium est de Patre contra Filium credere. « Quia ipse dixit, et facta sunt : ipse mandavit, et creata sunt. » Una natura jubet et facit ; Deus jubet, et Deus facit. Jubet pictor, ut pingat pictor : et pictor pingit, quod pingi præceperat.

« Statuit ea in sæculum, et in sæculum sæculi : præceptum posuit, et non præteribit. » Grandis est hominis honor, et grandis infelicitas. Sol tibi currit, elementa tibi serviunt : et tu ignoras Creatorem tuum ? « Præceptum posuit, et non præteribit. » Præceptum soli posuit. Ecce per tantos annos præceptum Dei numquam præteriit. Intantum non præteriit, ut cursus ejus ex humana observatione comprehensus sit. « Præceptum posuit, et non præteribit. » Lunæ præceptum posuit, ut per triginta dies crescat atque decrescat. Numquid cursus suos aliquando mutat ? In cœlo præceptum Dei servatur, et in terra non servatur. Mari præceptum posuit, ut littora sua non egrediatur. Venit oceanus tumens fluctibus, et in se redit, et præceptum Dei meminit. Totus mundus Deo servit, et præceptum ejus meminit, et homo solus non meminit. Ideo dicimus, et in Oratione Dominica : Fiat voluntas tua sicut in cœlo et in terra. (*Matt.* VI). Sicut in cœlo angeli tibi serviunt, et creatura servit, ita serviat et homo. O infelix hominum genus ! Descendit ad te Deus : quoniam tu ad cœlum non vis ascendere. Non tibi sufficit, quod non suscipis : sed occidis, crucifigis, blasphemas, flagellas ? Non tibit sufficit, quod occidis sed nec pœnitentiam agis quod occideris. Dixit de invisibilibus : dixit et

parlé des êtres invisibles, puis des êtres visibles du ciel, maintenant il parle des créatures visibles de la terre. Voyez l'ordre qu'il suit dans cette invitation à louer Dieu : premièrement, qu'il soit loué par les créatures invisibles, puis par les choses visibles. Et ces créatures visibles se divisent en deux classes, les créatures du ciel et les créatures de la terre. Il a parlé des créatures du ciel, il va parler maintenant des créatures de la terre.

« Louez le Seigneur, habitants de la terre. » Puisque les anges l'ont loué, ainsi que le ciel, que la terre le loue à son tour. Voyons quels sont ceux qui l'invite les premiers à le louer sur la terre. Louez-le, vous dragons, et vous tous, vastes abîmes, feu, grêle, neige, glace, vents qui excitez les tempêtes, vous tous qui exécutez sa parole. Vous montagnes, et vous toutes collines ; arbres fruitiers, et vous cèdres des forêts ; vous bêtes sauvages, et vous animaux domestiques ; vous serpents, et vous oiseaux qui avez des ailes.» Et qui vient après cette longue énumération ? Après les dragons, après les serpents, après le feu, après la grêle, après les bêtes sauvages et les animaux domestiques, c'est à vous, ô homme, que l'invitation est faite, à vous qui paraissez être si grand à vos yeux, et ce n'est pas au premier venu d'entre les hommes, mais à ceux qui sont les plus grands parmi les hommes.

« Rois de la terre, et vous tous peuples, princes, et vous, juges de la terre. » Et qui vient ensuite ?

« Que les jeunes hommes et les jeunes filles, les vieillards et les enfants, louent le nom du Seigneur, parce qu'il est le seul dont le nom soit grand et élevé, et le reste. Que de mystères renfermés dans ces paroles ! Les créatures célestes ont loué Dieu, les créatures invisibles l'ont loué également ; maintenant, il descend sur la terre et il invite à louer Dieu, d'abord les dragons, et les abîmes. Là où le péché avait abondé, la grâce a surabondé. (*Rom.* v). Vous qui étiez d'abord un dragon, qui portiez le venin du serpent ; vous qui étiez d'abord un abîme et les ténèbres couvraient la face de l'abîme (*Gen.* I), considérez ce que dit le psalmiste : Où sont les dragons, où est le poison, où est l'abîme, où sont les ténèbres ? Ne désespérez donc point, ô vous qui étiez un dragon, qui étiez couvert de ténèbres et qui n'osiez pas louer Dieu ; faites pénitence, et vous serez aussitôt converti. Dans le texte hébreu, ne se trouve pas le mot *dracones*, mais le mot *thininim*, qui signifie en latin *cete*, monstre marin, baleine. La baleine est d'une grandeur extraordinaire, et elle se trouve, dit-on, dans les abîmes. Donnons d'abord le sens littéral, voyez ce que dit le prophète : Louez-le, vous tous, qui êtes dans la mer ; louez-le, vous aussi qui vivez en dehors de la mer, dragons, et vous tous vastes abîmes. Il conclut de la partie au tout, d'après la figure appelée synecdoque. Ensuite vient le feu. Voyez comme ces deux éléments contraires, l'eau et le feu, s'accordent pour louer Dieu. « Dragons et vous tous abîmes. » Tous les êtres

de visibilibus, sed de visibilibus cœlestibus : nunc etiam de terra. Videte ordinem laudantis : primum laudant invisibilia, deinde visibilia. Et ipsa visibilia, dividuntur in duo : in cœlestia et terrestria. Dixit de cœlestibus, nunc dicit de terrestribus.

« Laudate Dominum de terra. » Quoniam laudaverunt angeli, laudavit cœlum : laudet et terra. Videamus de terra qui prius laudent. « Dracones et omnes abyssi, ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus : montes et omnes colles, ligna fructifera, et omnes cedri, bestiæ, et universa pecora, serpentes et volucres pennatæ. » Post tanta quid dicitur ? Post dracones, post serpentes, post ignem, post grandinem, post bestias, et universa pecora : o homo, qui tibi grandis videris, de te dicitur, et non de simplici homine, sed de his hominibus qui inter homines majores sunt.

« Reges terræ, et omnes populi : principes, et omnes judices terræ. » Deinde quid sequitur ?

« Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini, quia exaltatum est nomen ejus solius, » et cætera quæ sequuntur. O quanta in istis mysteria continentur ! Laudaverunt cœlestia, laudaverunt invisibilia : nunc ad terrena descendit, et ad laudationem Dei, primum dracones et abyssi concitantur. Ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia. (*Rom.* v). Qui primum draco eras, qui habebas venenas serpentis : o tu qui primum abyssus eras, et tenebræ super abysso ferebantur. (*Gen.* I). Videte quid dicat : Ubi dracones, ubi venena, ubi abyssus, ubi tenebræ ? Ne desperes igitur, o tu qui draco eras, qui tenebrosus eras, et Deum laudare non audebas : age pœnitentiam et statim converteris. Licet in Hebræo non habeat « dracones, » sed habeat THANINIM, quod interpretatur, « cete. » Dicitur autem cete infinitæ esse magnitudinis ; denique ipse cete in abyssis esse dicitur. Dicamus ergo primum secundum litteram. Videte quid dicat : Laudate ea quæ in mari sunt, et laudate ea quæ extra mare sunt ; dracones et omnes abyssi. A parte totum synechdochicos. Deinde sequitur : « Ignis. » Videte concordantem discordiam aquæ et ignis :

qui naissent de l'eau naissent également du feu, c'est-à-dire de l'humidité et de la chaleur; le feu seul ne peut rien produire sans l'humidité, ni l'humidité sans le feu. Rien n'est plus opposé que l'humidité à la chaleur, et la chaleur à l'humidité; cependant, par la volonté de Dieu, ces éléments si opposés s'accordent pour nous donner la vie. « Grêle, neige, glace, vents qui excitez les tempêtes, vous tous qui exécutez sa parole. » Il y aurait ici beaucoup à dire, et nous ne pouvons nous arrêter sur chacune de ces choses. « Grêle, neige, glace, vents qui excitez les tempêtes. » Tout ce que nous voyons dans le monde a été créé pour notre service. Les serpents, les abîmes, le feu, la grêle, la neige, les vents des tempêtes nous paraissent n'avoir pas de raison d'être; mais ils ont été créés pour notre usage. Hier, le temps était à la tempête, il nous paraissait contraire, il faisait froid, humide, il pleuvait. Ce qui paraissait nous être contraire était pour notre utilité, c'était pour que la terre produisît ses fruits. Voyez en effet ce que dit le prophète : « Vous tous qui exécutez sa parole. » Rougissez ici, ô homme! les serpents, les abîmes, la neige, les pluies, les tempêtes exécutent la parole de Dieu, et vous êtes le seul qui ne l'accomplissez pas. « Vous montagnes, et vous tous collines. » Les montagnes ne se changent pas en collines, ni les vallées en montagnes; elles conservent la nature qui leur est propre. « Arbres fruitiers, et vous cèdres des forêts. » Vous voyez un arbre comme desséché après la chute de ses feuilles; mais, au retour de l'été, il pousse des bourgeons, et vous produit des fruits. Un arbre vous produit des fruits, et vous n'en produisez aucun pour Dieu. « Et vous cèdres des forêts. » Imitez le cèdre; les cèdres s'élèvent très haut, ils semblent vouloir monter jusqu'au ciel; imitez ces arbres privés de raison. « Vous bêtes sauvages, et vous tous animaux domestiques. » Ils ne changent point leur nature, toutes ces créatures restent dans le rang qui leur a été assigné, à l'exception, de l'homme à qui elles ont été toutes soumises.

« Vous serpents, et vous, oiseaux ailés. » Les créatures célestes ne descendent point sur la terre, elles servent Dieu là où elles sont. Quelqu'un me dira : vous parlez ici dans le sens historique, vous ne nous donnez point le sens allégorique. Si vous expliquez la lettre, pourquoi le prophète invite-t-il à louer Dieu d'abord les abîmes, puis la neige, la grêle, ensuite les arbres fruitiers, et les autres créatures privées de raison, et en dernier lieu l'homme? Lisons la Genèse, nous verrons que toutes ces créatures louent Dieu d'après l'ordre de leur naissance et de leur création. Il est écrit, en effet, que Dieu créa d'abord les animaux qui sont dans l'eau; ensuite, ceux qui sont sur la terre; ensuite, les oiseaux, et enfin l'homme, qu'il créa seul. Ainsi chaque créature loue Dieu dans l'ordre où elle a été créée. Mais il y a un autre sens : O homme! toutes ces choses dont j'ai parlé, pour qui

simul laudant Deum. « Dracones et omnes abyssi. » Universa quæ nascuntur ex aqua, nascuntur ex igne, hoc est, ex humore, et calore; nec ignis solus generare potest sine humore, nec humor sine igni. Nihil est tam contrarium, quam humor calori, et calor humori. Tamen voluntate Dei, hæc quæ inter se diversa sunt, in nostra nativitate concordant. « Grando, nix, glacies, et spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus. » Multa sunt quæ dicantur, et in singulis immorari non possum. « Grando, nix, glacies, et spiritus procellarum. » Omnia quæ videmus in mundo, nobis serviunt. Serpentes, abyssi, ignis, grando, nix, spiritus procellarum videntur sine ratione esse : sed nobis serviunt. Die hesterna tempestas fuit, videbatur nobis esse contrarium : erat frigus, erat humor, erant pluviæ. Hoc quod ad horam nobis videtur esse contrarium, pro nobis est : fructum enim nobis parit. Vide enim quid dicit : Illa et illa quæ faciunt verbum ejus. Erubesce, homo; serpentes, abyssi, nix, pluviæ, tempestas, verbum Dei faciunt, et tu non facis. « Montes et omnes colles. » Nec montes mutantur in colles, nec valles in montes : servant naturam suam. « Ligna fructifera, et omnes cedri. » Lignum vides quasi siccum amissis foliis : æstas cum venerit, tibi mittit germen : tibi fructus parturit. Lignum tibi fructum parit, et tu Deo fructus non paris. « Et omnes cedri. » Imitare cedrum; cedri nituntur ad alta : quasi ad cœlum ire festinant; et tu imitare ligna irrationabilia. « Bestiæ et universa pecora. » Non mutant naturam suam; omnia stant in ordine suo, absque solo homine, cui omnia subjecta sunt. « Serpentes et volucres pennatæ. » Neque ea quæ in cœlo sunt, ad terram veniunt : sed ibi Deo serviunt. Dicat aliquis, secundum historiam loqueris : non dicis allegorice. Si secundum historiam dicis, quare primum abyssi, et nix, et grando, deinde ligna fructifera, et cætera irrationabilia laudant Deum, et ad extremum homo? Legamus Genesim, et secundum ordinem nativitatis, et creaturarum, ita videbimus cuncta laudare. Ibi enim scriptum est, primum eas animantes factas esse, quæ in aqua sunt : deinde ea facta quæ in terra sunt : deinde facta volatilia, et postea hominem unum fecit. Igitur sicut primum factum est : sic laudat Dominum. Sed alius sensus est : O homo, universa ista quæ dixi, cujus causa facta sunt? Bestiæ, serpentes, ligna fructifera, volu-

ont-elles été faites ? Les bêtes sauvages, les serpents, les arbres fruitiers, les oiseaux ailés, toutes ces créatures louent Dieu de ce qu'elles ne changent point leur nature. « Rois de la terre, et vous tous peuples, princes et vous juges de la terre ; que les jeunes hommes et les vierges, les vieillards et les enfants louent le nom du Seigneur, parce qu'il est le seul dont le nom a été exalté. » Que tout âge, que tout sexe, que toute puissance le loue, lui à qui le Père, après avoir détruit les puissances, a donné un nom élevé ; que personne ne ramène à soi les créatures dont il se sert, mais qu'il renvoie tout l'honneur à celui dont le prophète ajoute :

« Sa gloire est au-dessus du ciel et de la terre ; parce que, selon l'Apôtre, toutes les créatures lui rendent gloire, non-seulement les créatures du ciel et de la terre, mais même celles qui sont dans les enfers. (*Philip.* II). « Et c'est lui qui a élevé la puissance de son peuple, du peuple de l'Eglise.

« Qu'un hymne soit chanté par tous ses saints, par les fils d'Israël, par le peuple qui s'approche de lui. » L'hymne céleste est attribué à ceux qui sont devenus saints en lui, qui le contemplent des yeux de l'esprit, qui approchent de la foi en lui, qu'aucune iniquité ne sépare de lui. Qu'il daigne nous faire entrer dans le royaume de Dieu son Père, et nous rendre conformes à son corps glorieux, afin que nous chantions sa gloire, non plus par les chants passagers de la terre, mais que nous les chantions par les douces modulations des hymnes éternels et immuables du céleste séjour. A lui soit, avec le Père éternel et l'Esprit-Saint, honneur et gloire dans les siècles des siècles.

PSAUME CXLIX.

On vient de lire ce psaume qui commence ainsi :

« Chantez au Seigneur un cantique nouveau.» Le psaume quatre-vingt-quinze et le psaume quatre-vingt-dix-sept commencent de la même manière. Le psaume quatre-vingt-quinze a pour titre : « Psaume de David, quand la maison était rebâtie après la captivité ; » c'est-à-dire, c'est après que nous avons fait pénitence, que nous bâtissons la maison du Christ. Puisqu'il a commencé par dire : « Chantez au Seigneur un cantique nouveau, » et que c'est au peuple nouveau à chanter ce nouveau cantique et à bénir Dieu, hâtons-nous d'arriver à ce qui suit :

« Qu'Israël se réjouisse en celui qui l'a créé. » Que celui-là se réjouisse qui voit Dieu des yeux de l'esprit, car Israël signifie voyant Dieu par les yeux de l'esprit. « Et que les enfants de Sion tressaillent d'allégresse en celui qui est leur roi. » Que les enfants de l'Eglise, que les enfants du nouveau peuple tressaillent d'allégresse dans le Christ qui règne en eux. Vous voyez que nous effleurons seulement chaque verset.

« Qu'ils louent son nom. » Partout où il y a chœur, des voix diverses s'unissent pour former un concert unique. Comment ces voix di-

cres pennatæ : hæc universa in eo laudant Deum : quia non mutant naturam suam. « Reges terræ, et omnes populi, principes et omnes judices terræ. Juvenes et virgines, senes cum junioribus laudent nomen Domini, quia exaltatum est nomen ejus solius. » Omnis ætas, omnis sexus, omnisque potestas illum laudet : cui Pater evacuatis potestatibus, dedit nomen excelsum : nec quisquam sibi quo utitur, revocet, sed ei de quo et sequitur :

« Confessio ejus super cœlum et terram. » Quia juxta Apostolum, omnia ei confitentur : non solum cœlestia ac terrena, verum etiam et inferna. (*Philipp.* II). « Et exaltavit cornu populi sui ; ecclesiastici utique.

« Hymnus omnibus sanctis ejus, filiis Israel populo appropinquanti sibi. » His deputatur cœlestis hymnus, qui in eo sancti effecti sunt : qui eum mente conspiciunt : qui ejus fidei appropinquant : quos ab eo perversitas iniqua non separat : qui nos dignetur tradere in regnum Deo Patri, et conformes efficere claritati corporis sui : ut jam non ei locali et transitorio cantu, sed perpetuo, et immobili cœlestis stationis hymno, jugi modulatione canamus : quia ipsi est cum æterno Patre et Spiritu sancto honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

PSALMUS CXLIX.

Iste psalmus lectus est, qui habet in principio :

« Cantate Domino canticum novum. » Quia et nonagesimus quintus psalmus, et nonagesimus septimus eadem habent principia. Nonagesimus quintus psalmus hoc titulo prænotatur : « Psalmus David, quando domus ædificabatur post captivitatem, » id est, post pœnitentiam, domus Christi ædificatur. Quoniam igitur dixit primo : « Cantate Domino canticum novum, » et novus populus cantat canticum novum, et benedixit, nos ad reliqua curramus.

« Lætetur Israel in eo qui fecit ipsum. » Ille lætetur, qui sensu videt Deum ; Israel enim hic interpretatur, sensu videns Deum. « Et filii Sion exsultent in rege suo. » Filii Ecclesiæ, filii novi populi, exsultent in rege suo, in Christo, qui regnat in eis. Videtis quomodo leviter summa quæque perstringimus.

« Laudent nomen ejus in choro. » Ubicumque chorus est, ibi diversæ voces in unum canticum congeruntur. Quomodo enim diversæ voces, hoc est,

verses, lorsqu'elles sont réunies, pourraient-elles former le chœur du Seigneur?

Qu'ils louent son nom en chœur. » Là, où il y a dissension, là où est l'envie, il ne peut y avoir de chœur.

« Qu'ils louent son nom en chœur, qu'ils le célèbrent au son du tambour et du psaltérion. » Ce chœur a tout à la fois un cantique, le tambour et le psaltérion. Crucifions nos corps pour Jésus-Christ, et chantons un cantique à Dieu au son de ce tambour. Qu'ils chantent au Seigneur, au son du tambour et du psaltérion. Le tambour n'a point de chair, il n'a qu'une peau; et nous aussi, tant que nous sommes charnels, nous ne pouvons être un tambour. Le tambour est un instrument qui n'a point de chair, il n'a qu'une peau qui s'étend; le tambour ne peut être resserré, il faut qu'il soit étendu. Et nous aussi, nous ne devons pas être resserrés, contractés par le péché, mais dilatés par la justice. Hâtons-nous d'examiner ce qui suit: « Qu'ils le célèbrent au son du tambour et du psaltérion.» Ce que nous avons dit du chœur, disons-le du psaltérion. Le psaltérion est un instrument de musique qui tient de l'orgue, et qui ressemble à la harpe; il ressemble à la harpe et il n'est point une harpe. Il y a cette différence entre le psaltérion et la harpe, que la harpe se touche par le bas, tandis que le psaltérion se touche par le haut; on l'appelle du nom commun de polyphtongue, tel est le psaltérion. Le prophète nous commande donc ici de chanter à Dieu un cantique nouveau, non point en bas, avec la harpe, mais en haut, c'est-à-dire avec le psaltérion.

« Parce que le Seigneur se complaît en son peuple, et qu'il élèvera ceux qui sont doux pour les sauver.» Heureux ceux qui sont doux, parce qu'ils posséderont la terre. (*Matth.* v). Si donc, ceux qui sont doux sont appelés dans l'Evangile bienheureux, parce qu'ils posséderont la terre, et s'il est dit ici que « le Seigneur élèvera ceux qui sont doux pour les sauver, » et que ceux qui sont doux posséderont la terre, donc cette terre n'est pas en bas, mais il faut la chercher plus haut. Que dit en effet le prophète? « Il élèvera ceux qui sont doux pour les sauver. » Si ceux qui sont doux ne devaient posséder que cette terre, qui est dans une sphère inférieure, il ne dirait pas: « Il élèvera. »

« Les saints tressailliront de joie dans la gloire.» Dans quelle gloire? Levez-vous, ma gloire, levez-vous mon psaltérion et ma harpe, je me lèverai dès l'aurore. Dans quelle gloire? L'Esprit n'était pas encore donné, parce que Jésus n'était pas encore glorifié (*Jean* VII), c'est-à-dire qu'il n'était pas encore crucifié. « Les saints tressailliront de joie dans la gloire. » J'explique ainsi ces paroles: Il tressailliront de joie dans la croix. A Dieu ne plaise que je me glorifie dans autre chose que dans la croix de Jésus-Christ. (*Galat.* VI). Ce que dit le prophète se trouve ainsi complété par les paroles de l'Apôtre. « Ils se réjouiront sur leurs lits de repos. » Je laverai

cum simul fuerint congregatæ, chorum Domini efficiunt.

« Laudent nomen ejus in choro. » Ubi dissensio est, ubi invidia, ibi chorus non est.

« Laudent nomen ejus in chroro: in tympano et psalterio psallant ei. » Chorus iste canticum habet, et tympanum, et psalterium babet. Crucifigamus corpora nostra Christo, et tali tympano canamus Deo. In tympano et psalterio psallant ei. Tympanum non habet carnem, sed pellem; et nos quamdiu carnei sumus, non sumus tympanum; tympanum non est, nisi quod non habeat carnes, nisi quod tenditur; tympanum non potest esse contractum, sed extensum. Et nos peccata non contrahant, sed justitia dilatet. Ad reliqua percurramus. « In tympano et psalterio psallant ei. » Quod « in choro » dicimus, hoc dicamus in psalterio. Psalterium proprie genus organi est musici, quod est quasi cithara; similitudinem habet citharæ, sed non est cithara. Inter psalterium et citharam, hoc interest: Cithara deorsum percutitur: cæterum psalterium sursum percutitur, quod verbo vulgari dicitur polyphthongum; hoc est ergo psalterium. Hic ergo præcipitur nobis, ut in cantico novo canamus Deo: non deorsum de cithara, sed desursum, hoc est, in psalterio.

« Quia beneplacitum est Domino in populo suo, et exaltavit mansuetos in salutem. » Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. (*Matth.* v). Si ergo ibi dicitur, beati mites, hoc est, mansueti: quoniam possidebunt terram, et hic dicitur « exaltavit mansuetos in salutem: » et isti mansueti hæreditate possidebunt terram: ergo ista terra non est deorsum, sed desursum est. Quid enim dicit? Exaltavit mansuetos in salutem. Si enim mansueti istam terram possiderent quæ deorsum est, non diceret, exaltavit.

« Exsultabunt sancti in gloria. » In qua gloria? exsurge, gloria mea, exsurge psalterium et cithara: exsurgam diluculo. In qua gloria? Necdum enim erat spiritus datus: quia Jesus necdum erat glorificatus (*Joan.* VII), hoc est, non erat crucifixus. « Exsultabunt sancti in gloria, » hoc ergo dico: exsultabunt sancti in cruce. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi. (*Galat.* VI). Ecce voce Apostoli prophetia completa est. « Lætentur in cubilibus suis. » Lavabo per singulas noctes

« Insidiatur ut rapiat pauperem, rapere pauperem dum attrahit eum. In laqueo suo humiliabit eum. » Hoc impius, hoc diabolus ; pauperem non solum divitiis, sed et spiritu, beati enim pauperes spiritu. « In laqueo suo humiliabit : » quem ? Subauditur pauperem. Videte quid dicitur ; humiliavit, non interficiet : cum autem humiliaverit pauperem, humiliatio pauperis ruina est diaboli. Quid enim sequitur ? « Inclinabit se, et cadet dum dominatus fuerit pauperum. » Nonne vobis videtur diabolus in persecutione quando occideret Christianos, quando interficeret Martyres, in eo occidi quod interficeret ? Inclinabit se et cadet dum dominabitur pauperum ? Martyr occisus in cœlum vadit, ille occidens humiliatur et cadet. Hoc interim de psalmo breviter disputatum est pro occultis filii et hoc dictum est in veteri Testamento : in veteri enim Testamento, de filio occulte dicitur, nunc in Evangelio legamus manifeste, de manifestis filii.

PSAUME LXXVIII.

« Car nôtre misère est extrême. » Comme vous vous êtes fait pauvre pour nous, nous aussi sommes devenus pauvres à l'excès. « Prière du pauvre, lorsqu'il était dans l'angoisse et qu'il répandait sa prière devant le Seigneur. » Parce que vous vous êtes fait pauvre, lorsque vous étiez riche, et nous aussi nous sommes devenus pauvres. « Aidez-nous, ô Dieu ! qui êtes notre Sauveur. » Le texte hébreu porte : Aidez-nous, notre Jésus ; car partout où se trouve le nom de Sauveur, on lit dans l'hébreu celui de Jésus. Lorsque Gabriel vient trouver Marie, il lui dit : « Et vous l'appellerez Jésus, car il sauvera son peuple. « Aidez-nous, vous notre Jésus. Considérez le sens de ce mot: « aidez-nous. » Celui qui dit: « aidez-nous, » s'efforce lui-même de travailler à sa délivrance, car Dieu n'aide point ceux qui dorment, il vient au secours de ceux qui travaillent. « Délivrez-nous, Seigneur, pour la gloire de votre nom, » parce que votre nom nouveau, qui est béni dans toutes les nations, a été invoqué sur nous. « Et pardonnez-nous nos péchés à cause de votre nom. » Vous êtes notre Sauveur en votre qualité de Christ, et nous sommes chrétiens, ayez donc pitié de nous à cause de votre nom.

« Que les gémissements des captifs s'élèvent jusqu'à vous. » Les partisans des opinions d'Origène, interprètent ces paroles: « les gémissements des captifs, » des anges, qui sont, disent-ils, enchaînés dans des corps ; car de même que des chaînes que l'on met aux pieds alourdissent le corps et l'empêchent de courir, ainsi nos corps sont comme la prison de nos âmes, c'est-à-dire appesantissent, accablent les anges sur la terre. Et sur quelles paroles appuient-ils leur sentiment? « Malheureux homme que je suis, qui me délivrera de ce corps de mort? (*Rom.* VII, 24) ; et sur ces autres : Je désire la dissolution de mon corps et d'être avec Jésus-Christ. » De retourner, et d'être avec Jésus-Christ. Voyez, disent-ils, comment s'exprime l'Apôtre : Quiconque dit : Je désire retourner, dit ouvertement qu'il veut retourner dans l'endroit d'où il est venu. « Que les gémissements des captifs s'élèvent jusqu'à vous. » Quant à moi, je vous répondrai simplement, avec une simplicité que j'appellerai commune, mais cependant ecclésiastique. C'est ainsi qu'ont répondu les apôtres, c'est ainsi qu'ils ont parlé, et, sans recourir aux paroles d'une rhétorique profane et diabolique : « Il vaut mieux pour moi retourner et être avec Jésus-Christ ; parce qu'en effet on lit dans le grec, non pas « être dissous, mais retourner. Retourner et être avec Jésus-Christ; » je désire être là où a été Adam mon père, je désire retourner dans le paradis d'où il a été chassé. Nous avons tous été chassés du paradis dans la personne d'Adam ; que les gémissements des captifs s'élèvent jusqu'à vous.

Pourquoi, suivant moi, ne doit-on pas entendre

PSALMUS LXXVIII.

« Quoniam pauperes facti sumus : » quoniam tu pauper pro nobis factus es, propterea et nos pauperes facti sumus. « Oratio pauperis cum anxiatus fuerit, et effuderit orationem coram Domino. » Quoniam tu pauper factus es, cum esses dives, et nos pauperes facti sumus : « Adjuva nos Deus, salutaris noster. » In Hebraico habet : « Adjuva nos, Jesus noster : » ubicumque enim « Salvator est, » in Hebraico, « Jesus » habet. Denique Gabriel quando venit ad Mariam, « Et vocabis, » inquit, « eum Jesum, iste enim salvum faciet populum suum. Adjuva nos, Jesus noster. » Videte quid dicat, « adjuva. » Qui dicit « adjuva, » et ipse liberari conatur, neque enim dormientes nos adjuvat, sed laborantes. « Propter gloriam nominis tui, Domine, libera nos : » quoniam vocatum est nomen tuum novum super nos quod benedicitur in gentibus : « Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. » Tu Salvator ut Christus, et nos Christiani, miserere nobis propter nomen tuum.

« Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.» Hoc solent dicere qui sequuntur Origenis dogmata, « gemitus compeditorum, » hoc est angelorum, qui compediti sunt, inquiunt, in corporibus : quomodo enim si mittantur compedes in pedibus, degravant corpus, et currere non sinunt : sic et corpora nostra includunt animas, hoc est, angelos degravant in terra. Et hoc quibus verbis approbant? « Infelix ego homo, quis me liberavit de corpore mortis hujus (*Rom.* VII, 21) ? et illud quod dicitur, « Cupio dissolvi et esse cum Christo » (*Philipp.* I, 23) ; Reverti, et esse cum Christo. » Videte, inquit, quid dicit Apostolus. Quicumque dicit, Cupio reverti : utique illuc dicit ubi ante fuerat. « Introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. » Ego vero simpliciter, rusticana simplicitate et Ecclesiastica, ita tibi respondebo. Ita enim apostoli responderunt, sic sunt locuti, non verbis rhetoricis et diabolicis : « Melius est enim reverti et esse cum Christo ; » quia sic habet in Græco, non habet, « dissolvi, » sed « reverti. Reverti et esse cum Christo.» Ubi Adam fuit pater meus, ibi et ego esse desidero : unde ille ejectus est, ego reverti cupio. In Adam omnes nos de paradiso ejecti sumus, introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.

simplement ces paroles des martyrs qui sont dans les cachots? Combien d'autres sont envoyés dans les mines? Or, je dis que Dieu entend la voix de tous ces captifs.

« Possédez par la force de votre bras les enfants de ceux qu'on a fait périr. » Nous tous (si cependant nous méritons cet honneur), nous sommes les enfants des martyrs. Lorsque l'Apôtre était dans les prisons, il était enchaîné; lorsque les apôtres étaient jetés dans les cachots, ils étaient chargés de chaînes; tous les martyrs qui ont été mis à mort étaient eux-mêmes enfermés dans les prisons. Voilà pourquoi le psalmiste dit maintenant: « Possédez les enfants de ceux qu'on a fait périr; et rejetez dans le sein de nos voisins sept fois plus de maux qu'ils ne nous en ont fait. » Cette prière, suivant moi, n'est pas contre eux, elle est bien plutôt pour eux; elle signifie: Donnez-leur votre sabbat, et le mot sabbat « signifie repos. » Voilà donc ce qu'il demande: Faites qu'ils se reposent dans leur malice; ou bien, dans un autre sens: rendez leur ici le châtiment qu'ils méritent, et non dans la vie future.

« Mais pour nous, qui sommes votre peuple et les brebis de votre pâturage. » En parlant de brebis, il veut indiquer l'innocence; les brebis sont conduites par un pasteur. « Nous vous louerons éternellement. » Nous vous louerons, c'est-à-dire nous faisons pénitence, ou, ce qui est certainement mieux, nous glorifions Dieu. « Et nous publierons vos louanges de génération en génération, » sous le premier peuple comme sous le second. Bien qu'en suivant l'histoire, Ezéchiel présente un autre sens, cependant, dans le sens spirituel, nous disons que ces deux nations, c'est-à-dire les deux verges, se réunissent dans Ezéchiel pour ne former qu'un seul royaume. « Nous publierons vos louanges de génération en génération. » C'est la voix des Apôtres, c'est la voix de Pierre au milieu du peuple de la circoncision; c'est la voix de Paul et de Barnabé parmi les gentils.

PSAUME CXXVII.

« Heureux tous ceux qui craignent le Seigneur. » Quelle sera la récompense, quelle sera la couronne de ceux qui craignent le Seigneur? Voyons quelle est leur gloire, quelle est leur récompense? « Vous êtes heureux et tout vous réussira. » J'ai déjà parlé de la béatitude, quelle est cette béatitude promise à celui qui craint le Seigneur? « Votre femme sera comme une vigne féconde dans l'intérieur de votre maison. Vos enfants seront autour de votre table comme de jeunes plants d'olivier.» J'ai la pensée que, par la grâce de Jésus-Christ, nous avons tous la crainte de Dieu. Nous n'avons donc pas cette béatitude? car il est écrit: Celui qui craint le Seigneur a cette béatitude. « Votre femme sera comme une vigne féconde, dans l'intérieur de votre maison. Vos enfants seront autour de votre table, comme de jeunes plants d'olivier. » Ainsi donc celui qui a un ou deux fils n'est pas

Quare enim hoc non simpliciter intelligam dictum esse de martyribus, qui inclusi sunt in carceribus? Quanti enim et in metallis missi sunt? Ego vero dico quia illorum compeditorum vere audiat vocem Deus.

« Secundum magnitudinem brachii tui, posside filios mortificatorum. » Nos omnes (si tamen meremur) filii martyrum sumus. Apostolus quando in carcere erat, compeditus erat: apostoli omnes quando in carceribus erant, compediti erant: omnes martyres qui interfecti sunt, in carceribus erant compediti. Propterea nunc dicitur: « Posside filios mortificatorum. Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum. » Mihi videtur quod non contra illos rogat, sed pro illis, hoc est, da illis sabbatum tuum: « sabbatum » autem interpretatur « requies. » Quod dicit hoc est: fac eos requiescere in malitia sua, aut certe aliter, hic eis redde, et non eis reddas in futuro.

« Nos autem populus tuus et oves pascuæ tuæ. » Ubi oves dicit, innocentiam significat, oves non habent nisi pastorem. « Confitebimur tibi in sæculum. Confitebimur, » vel pœnitentiam agimus, vel certe quod melius est, glorificamus. « In generationem et generationem, » in primo populo et secundo populo. Licet secundum historiam aliter dicatur in Ezechiel: tamen secundum intelligentiam spiritualem hoc dicimus, quoniam istæ duæ gentes, hoc est, duæ virgæ junguntur in Ezechiel, et fit unum regnum. « In generationem et generationem annuntiabimus laudem tuam. » Apostolorum vox est; Petrus in populo circumcisionis; Paulus et Barnabas in gentibus.

PSALMUS CXXVII.

« Beati omnes qui timent Dominum. » Qui timent Dominum quod habent præmium, quam coronam? Videamus quam habeant laudem, quod præmium. « Beatus es, et bene tibi erit. » Jam dixi de beatitudine, quæro beatitudinem quæ sit; qui timet Dominum quam habet beatitudinem? « Uxor tua sicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ. Filii tui sicut novellæ olivarum, in circuitu mensæ tuæ. » Ego puto quod propitio Christo omnes timeamus Deum. Ergo hanc beatitudinem non habemus? Scriptum est enim, « qui timet Dominum, » hanc habet beatitudinem; « uxor tua sicut vitis abundans in

heureux ? Car que dit le psalmiste: « Vos enfants seront autour de votre table comme de jeunes plants d'olivier. » Ainsi donc, à moins d'avoir des enfants en si grand nombre qu'ils entourent notre table, nous n'aurons point de part au bonheur de celui qui craint Dieu? Ainsi Isaac n'a pas eu de part à ce bonheur, lui qui n'a eu que deux fils, l'un Esaü, si méchant, pour qui il eût été mieux de n'être point né. Il eut un autre fils, Jacob; donc, il n'a point eu de part à ce bonheur, car un seul enfant ne suffisait pas pour entourer la table. Ainsi donc les Vierges n'ont point la crainte de Dieu, car quel est le bonheur promis à celui qui craint Dieu? « Votre épouse sera comme une vigne féconde, dans votre maison ; vos fils seront autour de votre table comme de jeunes plans d'olivier. » Mais saint Jean n'a point eu de part à ce bonheur, aussi bien l'évangéliste que Jean-Baptiste, car ils furent tous deux vierges. Paul lui-même n'a eu aucune part à cette béatitude, lui qui dit : « Je voudrais que vous soyez tous comme moi?» (*Cor.* VIII, 17). Vous le voyez donc, cette épouse et ces enfants doivent être entendus dans le sens spirituel, car si nous ne les entendons dans ce sens, les anges eux-mêmes seront exclus de ce bonheur, parce qu'ils n'ont point d'enfants. Revenons donc à l'ordre du psaume tel qu'il a été lu.

« Heureux ceux qui craignent le Seigneur. » De même que celui-là seul peut dire : Le Seigneur est mon partage, qui a renoncé à tout ce qu'il pouvait posséder dans ce siècle, ainsi celui qui craint quelque chose en dehors de Dieu n'a point la crainte de Dieu. Le Seigneur n'a-t-il pas dit en effet : « Ne craignez point ceux qui ne peuvent que tuer le corps, mais craignez celui qui peut précipiter le corps et l'âme dans l'enfer. » (*Matth.* x, 28). Vous le voyez donc, celui qui craint quelque chose en dehors de Dieu ne craint pas Dieu. Or, à quels signes reconnaît-on celui qui craint Dieu? « qui marchent dans ses voies?» Il y a un grand nombre de voies, et ces voies nombreuses conduisent à une seule voie. Il est dit, en effet, dans Jérémie : Tenez-vous dans les voies du Seigneur, interrogez les sentiers éternels du Seigneur, et vous marcherez dans cette voie. » (*Jérém.* VI, 16). Considérez ce que dit le prophète, tenez-vous dans les voies du Seigneur, interrogez les sentiers éternels du Seigneur, et vous trouverez la voie unique, et vous marcherez dans cette voie. Vous voyez comment, par plusieurs voies, nous arrivons à une seule voie. Cette vérité nous est encore enseignée dans l'Evangile en d'autres termes, dans la parabole de ce négociant qui, ayant plusieurs perles précieuses, les vendit pour acheter une pierre d'un bien plus grand prix. Voici donc ce que signifient ces deux enseignements de l'Ecriture : ayez plusieurs pierres précieuses, et interrogez les sentiers éternels du Seigneur. Remarquez cette belle ex-

lateribus domus tuæ ; filii tui sicut novellæ olivarum, in circuitu mensæ tuæ. » Ergo et qui unum habet filium et duos, non est beatus? Quid enim dicit, « filii tui sicut novellæ olivarum, in circuitu mensæ tuæ. » Nisi tantos habuerimus filios, ut cingant mensam nostram, beatitudinem timentis Dominum non habebimus? Isaac hanc beatitudinem non habuit, habuit enim duos filios, unum pessimum Esau, qui multo melius fuerat si natus non fuisset. Habuit autem unum filium Jacob : ergo non habuit beatitudinem ? Quia unus circumire mensam non potuit. Virgines ergo non timent Deum ; quid enim dicitur, quod qui timet Dominum intelligat beatitudinem ? « Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ; filii tui sicut novellæ olivarum, in circuitu mensæ tuæ. » Hanc beatitudinem Joannes non habuit; Joannes utique, tam Evangelista, quam Baptista : uterque enim virgo fuit. Hanc beatitudinem Paulus non habuit qui dicit : « Volo autem omnes sic esse sicut me. (I *Cor.* VII, 7). Videtis ergo quoniam uxor et filii spiritualiter intelligendi sunt, alioquin nisi spiritualiter intellexerimus, angeli hanc beatitudinem non habent, quia filios nos habent. Revertamur ergo ad ordinem lectionis.

« Beati omnes qui timent Dominum. » Quomodo non potest dicere, Pars mea Dominus, nisi qui aliam partem in sæculo non habet; sic non timet Deum qui timet aliud aliquid extra Dominum. Denique ipse Salvator dicit : « Nolite timere eos qui possunt corpus occidere ; sed eum timete qui potest corpus et animam occidere in gehennam. (*Matt.* x, 28). Videtis ergo quod aliud aliquid extra Deum timet, qui Deum non timet. « Qui timet Dominum, » quæ signa habet? « qui ambulat in viis ejus. » Multæ sunt viæ et multæ viæ ducunt ad unam viam. Denique dicitur et in Jeremia : « Et state in viis Domini, et interrogate semitas ejus æternas, et invenietis viam, et ambulabitis in ea. (*Jerem.* VI, 16). Videte quid dicat, et state in viis, et interrogate vias Domini æternas, et invenietis unam viam, et ambulate in ea. Videte quomodo per plures vias venimus ad unam viam. Hoc dicitur et in Evangelio aliis verbis sub alia significatione parabolæ de illo negotiatore qui habuit plures margaritas, qui vendidit eas, et emit unam pretiosissimam margaritam. Quod dicit hoc est, habetote plurimas margaritas, et state in viis. Hoc est state in viis, et interrogate semitas Domini æternas. Pulchre æternas, ne putaremus adventu

pression, « éternels,» afin que nous ne pensions pas que l'avènement du Christ a mis fin absolument à la loi et aux prophètes. Mais voyez ce que dit le prophète : Tenez-vous dans les voies, dans la loi et les prophètes, et tenez-vous dans ces voies. N'ayez pas une si grande assurance dans la voie unique, que vous abandonniez les autres voies ; mais tenez-vous dans ces voies et interrogez les sentiers éternels du Seigneur. Interrogez les sentiers du Seigneur, ce qu'ont dit Jérémie, Isaïe, Ezéchiel et les autres prophètes. Interrogez les sentiers, le mot grec τρίβους (chemin battu) vaut mieux, car le mot *semita*, sentier, vient de ce qu'il est battu par les pieds de ceux qui y marchent. Et tel est le sens de ces paroles : interrogez les sentiers, c'est-à-dire τρίβους, parce que le pied du Seigneur les a foulés, car le Seigneur a marché dans ces sentiers. Et lorsque vous aurez interrogé les sentiers éternels du Seigneur, au moyen de ces sentiers, vous trouverez la voix unique qui dit : « Je suis la voie, la vérité et la vie, » marchez dans cette voie. Considérez les mystères renfermés dans les Ecritures, voyez comme les paroles les plus simples recouvrent un grand nombre de vérités cachées, dans les voies, dans les sentiers, dans la loi et les prophètes. Il n'a pas dit : Marchez, mais tenez-vous ; tenez-vous, n'abandonnez ni la loi, ni les prophètes. Cependant, lorsque vous aurez trouvé ces voies, au moyen de ces voies, marchez dans la voie unique.

« Vous mangerez le fruit des travaux de vos mains. » Il en est qui, ne comprenant point ces paroles, les ont interprétées dans un autre sens. « Vous mangerez le fruit des travaux de vos mains. » Les manuscrits latins portent : « Vous mangerez les travaux de vos mains, » mais nous lisons dans le texte hébreu : « Vous mangerez les travaux de vos mains. » Qui mange, en effet, les travaux des fruits ? Il faut donc entendre, au contraire, que l'on mange le fruit des travaux, et non les travaux des fruits. Puisque nous lisons dans l'hébreu : « Vous mangerez les travaux de vos mains, » je pense que les soixante-dix interprètes ont donné dans leur traduction grecque une bonne interprétation du texte, car le mot *manus*, main, se dit en hébreu, *iad ;* or, dans cet endroit, nous lisons non pas *iad*, mais *chaaph*, et *chaaph* signifie καρκός, une partie de la main, car le mot καρπός se dit en grec *apepa*. Voilà l'interprétation que nous donnons de ce passage. « Vous mangerez les travaux de vos mains.» Chacun moissonnera ce qu'il aura semé ; voilà l'homme et ses œuvres, donc nous mangerons les travaux de nos mains ; les mains sont le symbole des œuvres. « Vous mangerez les travaux de vos mains. » Quelqu'un me dira : Est-ce que nous mangerons encore après la résurrection ? car il est dit de l'homme heureux : « Vous mangerez les travaux de vos mains. » Je donne cette explication simple : L'homme est composé de deux substances, c'est-à-dire d'une âme et d'un

Christi, Legem et prophetas esse finitos. Sed vide quid dicat, State in viis, in Lege et prophetis, et state in viis. Nolite sic credere in via una, ut dimittatis vias plurimas ; sed state in viis, interrogate semitas Domini æternas. Interrogate semitas Domini, quid dixerit Jeremias, Isaias, Ezechiel, quid cæteri prophetæ. Interrogate semitas : melius dicitur in Græco τρίβους : semita enim dicitur ab eo quod calce gradientium trita est. Et quod dicitur hoc est, interrogate semitas, hoc est τρίβους, quia scilicet trivit pes Domini ; si quidem et Dominus ambulavit in eis. Cum autem interrogaveris semitas Domini æternas, et per illas semitas invenietis unam viam quæ dicit : « Ego sum via, veritas et vita, » ambulate in ea. Videte mysteria Scripturarum, videte in verbis simplicibus Scripturarum plurima sacramenta, in viis, in semitis, in Lege et prophetis. Non dixit, Ambulate, sed state ; state, ne dimittatis Legem, nec prophetas. Tamen cum inveneritis illas vias, per istas vias, in ista una via ambulate.

« Labores manuum tuarum manducabis. » Multi non intelligentes interpretati sunt aliter istum locum : « Labores fructuum tuorum manducabis. » Denique Latina exemplaria ita habent, « labores fructuum tuorum manducabis ; « sed nos legimus in Hebræo ita scriptum, « labores manuum tuarum manducabis. Quis enim labores fructuum manducat ? Utique econtrario debet intelligi, quia aliquis fructum laborum suorum manducat, non labores fructuum. Quia igitur in Hebræo ita scriptum est, « labores manuum tuarum manducabis ; » ego puto quoniam et Græce Septuaginta Interpretes in isto loco bene interpretati sunt ; manus enim lingua Hebræa JAD dicitur ; in isto autem loco, non habent JAD, sed CHAAPH ; « Chaaph » autem interpretatur καρπός, non καρπυς, sed pars aliqua manus ; siquidem καρπός dicitur Græce APEPA. Hoc modo de interpretatione diximus. « Labores manuum tuarum manducabis ; unusquisque quod seminaverit hoc et metet ; ecce homo, et opera ejus ; ergo et nos labores manuum nostrarum manducabimus ; in manibus, opera intelliguntur. « Labores manuum tuarum manducabis. » Dicat aliquis, ergo post resurrectionem manducaturi sumus ; hoc enim dicitur de beato viro : « Labores manuum tuarum manducabis. » Ego hoc dico simpliciter ; quoniam homo ex duabus substan-

corps ; ce qui est mortel a besoin d'aliments matériels ; mais ce qui est immortel, c'est-à-dire l'âme, qui est immortelle, a une nourriture immortelle. Voulez-vous une preuve que l'âme a une nourriture qui lui est propre ? Que dit le Seigneur et Sauveur, lorsqu'il eut faim ? « Ma nourriture est de faire la volonté de celui qui m'a envoyé. » (*Jean.* IV, 34). Voulez-vous savoir quelle est cette nourriture de l'âme ? Le prophète nous dit : « Goûtez, et voyez que le Seigneur est doux. » (*Ps.* XXXIII, 9). Le corps, s'il est privé de nourriture, meurt ; ainsi l'âme ne peut vivre qu'en se nourrissant d'aliments spirituels. Je parle ainsi, parce qu'il en est qui ont coutume de dire : Je n'ai pas besoin de la sainte Ecriture, il me suffit de craindre Dieu ; et nous avons donné ces explications pour montrer que de même qu'il y a une nourriture propre au corps, ainsi les saintes Ecritures sont la nourriture propre de notre âme.

« Votre femme sera comme une vigne féconde dans l'intérieur de votre maison. » Salomon nous dit qu'il s'est proposé de prendre la sagesse pour épouse. (*Sag.* VIII, 2). Il dit dans un autre endroit : « Aimez-la, et elle vous embrassera, entourez-la et elle vous conservera. » (*Prov.* IV, 6). Unissons-nous aussi à cette épouse et embrassons-la étroitement ; qu'elle ne s'éloigne jamais de notre sein, qu'elle ne s'échappe jamais de nos mains. Si nous tenons toujours cette épouse étroitement embrassée, elle nous donnera des fils ; non des filles, mais des fils. En effet, il est dit ici : Vos fils seront autour de votre table comme de jeunes plants d'olivier. » N'aurait-il pas pu dire : « Vos filles ? » ou bien τὰ τέκνα, vos enfants, pour comprendre dans ce terme générique les hommes et les femmes ? Mais non, il a dit : « vos fils, » parce que celui qui a la sagesse pour épouse engendre d'elle, non des filles, mais des fils. Il n'a dans son esprit rien de mou, de délicat, de tendre, d'efféminé. Croyez-vous que ce soit pour une autre raison qu'il est écrit des saints patriarches qu'ils ont eu, non des filles, mais des fils ? Lisons la Genèse, où se trouve conservée la suite des générations. Le saint patriarche Abraham a eu Sara pour épouse, il eut Agar pour concubine, et ensuite Cethura pour épouse ; de ces deux épouses, il engendra des fils et non des filles. Isaac lui-même eut deux fils ; il n'est point parlé de ses filles, car c'était un saint ; il n'avait en lui rien de mou, de trop tendre, d'efféminé, mais tout chez lui était viril et austère. Le bienheureux patriarche Jacob eut pour fils les douze patriarches, et il a eu une seule fille, appelée Dina, qui signifie cause de discussions et de querelles. Ainsi, il n'a qu'une seule fille et douze fils ; et c'est cette fille unique qui fut la cause de ces grands différends qui eurent lieu dans Sichem. Jacob n'avait jamais dit : Je le crains, vous m'avez rendu odieux,» mais, en parlant à Lévi et à Siméon, il dit : « Lévi et Siméon, que mon

tiis compactus est, hoc est, de anima et corpore : anima immortalis est, corpus autem mortale ; quod mortale est, ut et mortales cibos habeat ; quod autem immortale est, hoc est, anima quæ immortalis est, et immortales cibos habet. Vultis scire quoniam et anima habet cibos suos ? Dicit Dominus atque Salvator cum esuriret, quid dicit ? « Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me. » (*Joan.* IV, 34). Vultis scire quos cibos habet anima ? Dicit nobis et propheta : « Gustate et videte quoniam suavis est Dominus. » (*Psal.* XXXIII, 9). Quomodo enim corpus, nisi acceperit cibos suos, moritur : sic et anima nisi acceperit cibos spirituales, moritur. Hoc totum quare dico, quia solent aliqui dicere, Non habeo necessario Scripturam sacram, sufficit mihi tantum timere Deum. Et hoc propterea diximus, quomodo cibi sunt corporis, sic cibi sunt et animæ nostræ Scripturæ sanctæ.

« Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. » Dicit Salomon quia voluerit sapientiam ducere scilicet sponsam. (*Sap.* VIII, 2). Dicit et in alio loco de Sapientia : « Ama illam, et amplexabitur te ; circumda illam et servabit te. » (*Prov.* IV, 6). Ducamus ergo et nos hanc uxorem, et habeamus illam in amplexibus nostris ; numquam eam dimittamus de sinu nostro, numquam fugiat de manibus nostris. Si semper fuerit in amplexu nostro ista uxor, faciemus ex ea filios ; non filias, sed filios. Denique et hic dicitur, « filii tui sicut novellæ olivarum, in circuitu mensæ tuæ. » Numquid non poterat dicere, filiæ tuæ ? » aut non poterat dicere τὰ τέκνα σου, ut possint intelligi et viri, et feminæ ? Sed vide quid dicat, « filii tui ; qui sapientiam uxorem habet non facit de ea filias, sed filios. Nihil molle, nihil delicatum, nihil tenerum, nihil effeminatum habet in mente sua. Putas quod sancti alia causa scribuntur non habuisse filias, sed filios ? Legamus Genesim, ibi enim generationum ordo servatur. Sanctus Abraham habuit uxorem Saram ; habuit Agar concubinam ; habuit postea Cethuram ; de duabus uxoribus filios creat, filias non facit. Veniamus ad Isaac ; et Isaac duos filios facit, filias non habet ; sanctus enim erat et nihil habebat in se molle, et tenerum, et effeminatum, sed totum virile et rigidum. Beatus Jacob duodecim patriarchas habet filios ; et unam filiam habet nomine « Dinam, » quod interpretatur, causa jurgiorum, « rixam. » Denique unam habuit filiam et duodecim filios ; et propter unam filiam tanta in

âme n'entre point dans leur conseil. » (*Gen.* XLIX, 6). Pourquoi? parce qu'étant hommes, ils ont voulu prendre en main la cause d'une femme. Ce que j'ai dit ici est pour prouver que les saints n'ont pas de filles, mais seulement des fils. C'est là une chose nouvelle pour vous, nouvelle pour ceux qui ne savent pas. Pour ceux qui lisent les Ecritures avec attention, je ne leur ai dit rien de nouveau, mais ce qu'ils savent déjà. Jacob eut pour fils les douze patriarches, Ruben, Siméon, Judas, Lévi, Issachar, Azer et les autres, jusqu'au douzième. Lisez leurs généalogies ; dans ces douze patriarches, vous n'en trouverez aucun dont il soit dit qu'il a engendré une fille, ils ont tous engendré des fils. Je vous en cite un seul, afin que vous ne l'oubliez pas : Aser eut pour fille Sara ; Jacob eut douze fils et une seule fille ; ainsi, dans douze patriarches, un seul patriarche engendra une seule fille. Ce que j'en dis ici est pour vous amener cette conclusion que nous devons entendre dans un sens spirituel ces fils et ces filles. « Votre épouse sera comme une vigne féconde dans l'intérieur de votre maison. » De même qu'une vigne féconde porte un grand nombre de grappes, ainsi notre femme, c'est la sagesse, est véritablement notre épouse. Il est écrit dans un autre endroit: Venez ma sœur, mon épouse. » (*Cant.* V, 1). Afin qu'aucune idée inconvenante ne vienne à notre esprit, il joint le nom de sœur à celui d'épouse, pour exclure toute pensée d'un amour charnel. Venez, ma sœur, que l'amour qui nous unit, soit saint, et c'est pour cela que je vous appelle et ma sœur et mon épouse. Je vous appelle mon épouse, parce qu'il faut que j'aie une épouse pour engendrer de vous un grand nombre d'enfants, en aussi grand nombre que les grappes de la vigne. Une vigne porte un grand nombre de grappes et elle n'a qu'une racine, mais elle étend ses branches de côté et d'autre, et ces branches produisent leurs fruits, et parmi les fruits, il y a des grappes, et telle grappe est mieux garnie, telle autre est moins forte ; tels grains sont plus gros, tels autres plus petits. Il en est ainsi de la sagesse, qui est notre épouse : si nous ne l'abandonnons pas, elle produit un grand nombre de grappes, c'est-à-dire un grand nombre de vertus, de saintes pensées, d'œuvres éclatantes. « Vos fils seront autour de votre table comme de jeunes plants d'olivier. » Nous lisons dans un autre endroit : « Le vin réjouit le cœur de l'homme. » (*Ps.* CIII, 15) ; nous lisons également dans le Cantique des Cantiques : « Venez, mes frères, buvez, enivrez-vous. » Il est un vin qui réjouit le cœur de l'homme ; le vin de la vigne ne réjouit point le cœur de l'homme, mais il l'appesantit et le rend insensé. Enfin il est écrit: « que ceux qui sont puissants ne boivent pas de vin. » (*Prov.* XXXI, 4). L'Apôtre nous dit que nous ne devons ni boire de vin, ni manger de viande. (1) (*Rom.* XIV). Et cependant il nous

Sichem bella nascuntur. Jacob numquam dixerat, « Timeo, fecistis me odibilem, loquitur ad Levi et Simeon in concilio eorum non veniat anima mea. » (*Gen.* XLIX, 6). Quare ? quia viri, causam voluerunt agere mulieris. Hoc totum quare dixi, quoniam sancti filias non habent, sed filios tantum habent. Rem vobis dico novam, novam nescientibus. Cæterum qui Scripturas legunt, et diligenter legunt, non novam, sed ea quæ sciunt. Jacob duodecim habuit filios patriarchas, Ruben, Simeon, Juda, Levi, Issachar, Aser et cæteros usque ad duodecimum. Legite in generatione, et numquam invenietis de tantis duodecim patriarchis ullum fecisse filiam, sed totos filios. Dico vobis unum ne forsitan obliviscamini ; Aser filiam habuit Saram ; Jacob habuit duodecim filios et unam filiam ; sic inter duodecim patriarchas, unus patriarcha unam tantum filiam habuit. Hoc totum quare dixi ? ut filios et filias in Scripturis spiritualiter intelligere debeamus. « Uxor tua sicut vitiis abundans in lateribus domus tuæ. » Sicut vitis abundans plurimos botros habet, sic et uxor nostra, hoc est, sapientia uxor nostra, quæ sponsa est. Denique scribitur in alio loco : « Veni soror, mea sponsa. » (*Cant.* V, 1). Ne in eo, quod dixerat, « sponsa, » turpe aliquid intelligeres, jungitur « soror ; » ut omnis turpis amor excludatur. Veni, soror mea, sanctus enim amor sit, et propterea te sororem voco, et sponsam meam. Propterea te sponsam voco ut habeam uxorem, et de te filios faciam plures, filios plures quasi de vite botros. Quomodo vitis habeat diversos botros, et una quidem radix est ; sed longe lateque huc atque illuc flagella diffundit, et ipsa flagella habent fructus suos, et in ipsis fructibus sunt botri, et alius botrus major est, alius minor, alia majora grana sunt, alia minora ; sic et de sapientia, quæ est uxor nostra : si tamen numquam eam dimiserimus, plures nascuntur botri, hoc est, virtutes plurimæ, sanctæ cogitationes opera præclara. « Filii tui sicut novellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ. » Legimus in alio loco : « Et vinum lætificat cor hominis. » (*Psal.* CIII, 15). Legimus et in Canticis Canticorum : « Venite, fratres, bibite et inebriamini. » Et vinum

(1) Voici dans quel sens parle l'Apôtre : « Il est bon de ne point manger de chair, ni de boire de vin, et de s'abstenir de tout ce qui choque, scandalise ou affaiblit votre frère ;» ce n'est pas le sens dans lequel le commentateur cite ces paroles. (*Note du Trad.*)

est dit : « Et le vin réjouit le cœur de l'homme ; » mais il est question d'un vin spirituel qui enivre aussitôt celui qui le boit. Vous tous, pour arriver à quitter tout ce que vous possédiez, vos parents, vos fils et vos alliés, vous avez bu ce vin, et, enivrés pour la cause du Christ, vous êtes devenus comme des insensés. N'est-ce pas, à votre avis, une véritable ivresse, une folie spirituelle, de mépriser les délices, de rechercher une vie grossière, de fuir les villes, de se retirer dans les déserts, de renoncer aux affections de la terre, d'oublier les liens du sang, et de ne plus connaître que Jésus-Christ ? Les apôtres étaient enivrés de ce vin, ce qui faisait dire : « Ils ont trop bu de vin nouveau. » (*Act.* 11, 13) ; car ils n'avaient pas été enivrés de la loi ancienne, mais de l'Evangile. Je pense que c'est de ce vin que Noé s'est enivré. « Vos fils seront comme de jeunes plants d'olivier. » Nos fils ne sont comparés qu'à de jeunes plants d'olivier; il ne dit pas à un olivier déjà vieux, mais à de nouveaux plants d'olivier. De même que l'ivresse des apôtres est produite, non par du vin vieux, mais par du vin nouveau, ainsi les les fils sont comparés à de jeunes plants d'olivier, qui se couvre d'une abondante verdure dans la jeunesse de l'Eglise. Les jeunes plants d'olivier sont pleins de lumière ; l'huile a cette propriété qu'elle assaisonne les aliments, qu'elle fournit un aliment à la lumière, et offre au corps fatigué d'un long voyage une force qui le rend propre à reprendre ses travaux. Celui qui est fatigué et frotte son corps d'huile, recouvre sa première vigueur. Croyez-vous que ce soit sans raison qu'il n'est ici question que de vin et d'huile ? Le prophète ne pouvait-il employer la comparaison du miel, d'autres parfums, d'un autre arbre, et ne pas se borner à la vigne et à l'olivier, au vin et à l'huile ? Le vin est le symbole de l'austérité, l'huile, de la miséricorde. Voyez cet homme qui descendait de Jérusalem à Jéricho et qui était couvert de blessures, le Samaritain, qui signifie *gardien,* ne verse sur ses plaies que du vin et de l'huile ; le vin, qui figure la sévérité des préceptes, le vin mystique, qui dessèche et consume toute la mauvaise humeur. Mais comme la fragilité humaine ne peut supporter la vérité : « Car, Seigneur, si vous examinez nos iniquités, qui pourra subsister ? (*Ps.* CXXIX, 3), et que nous ne pourrions vivre si le Seigneur n'usait à notre égard que de sa justice ; à sa justice, c'est-à-dire au vin, nous voyons jointe ici l'huile de la miséricorde.

« Ainsi sera béni l'homme qui craint le Seigneur. » Nous avons déjà parlé longtemps, hâtons-nous d'arriver à la fin. « Que le Seigneur vous bénisse de Sion. » Est-ce de cette Sion dont un autre prophète dit : « Sion sera labourée comme un champ, » (*Jérem.* XXVI, 18), et dont le Seigneur dit également : « Jérusalem, Jéru-

quod lætificat cor hominis ; hoc vinum non lætificat cor hominis ; sed obruit, et insanum facit. Denique scribitur, ut qui « potentes sunt, vinum non bibant. » (*Prov.* XXXI, 4.) Scribit et Apostolus, quoniam non debemus, vinum bibere et carnem manducare. (*Rom.* XIV). Rursum dicitur nobis : Et vinum lætificat cor hominis ; sed vinum dicitur spirituale, quod si quis biberit statim inebriatur. Vos omnes, ut dimitteretis possessiones vestras, et parentes vestros, et filios et affines, bibistis vinum, et inebriati pro Christo insanire cœpistis. Non vobis videtur esse ebrietas ? non vobis videtur spiritualis insania, delicias contemnere, sordes appetere, fugere civitates, deserta sectari, nescire affectus, ignorare carnis propinquitatem, et solum nosse Christum ? Denique apostoli hoc vino inebriati erant, et propterea dicitur eis : « Musto sunt pleni » (*Act.* II, 13) ; non enim fuerant inebriati de Lege veteri, sed de Evangelio. Noe ergo puto, quod ita inebriatus sit hoc vino. « Filii tui sicut novellæ olivarum. » Nulli alii comparantur filii nostri nisi novellæ olivarum ; non dixit olivæ veteri, sed novellæ olivæ. Quomodo et ibi de ebrietate apostolorum, non dicitur de vino veteri, sed de musto : sic et hic dicitur novella olivarum, quæ tota viret in Evangelii juventute. Novella olivarum plena luce ; oleum hanc naturam habet, ut cibos condiat, ut lumini fomenta præbeat, ut lasso longo itinere corpus unctum restituat quasi labori pristino et sanitati. Denique quicumque lassus fuerit, et ungitur, quasi recipit pristinum vigorem. Putas sine causa nunc dicitur vinum et oleum ? Non potuit mel dici, non alia aromata, non alia arbor, sed tantum vitis et oliva, vinum et oleum ? In vino austeritas, in oleo misericordia. Denique illi de Jerusalem Jericho descendebat, qui vulneratus fuerat ; Samaritis, hoc est, « custos, » nihil ei infundit nisi vinum et oleum ; vinum austeritatem præceptorum, vinum typicum ; ut quodcumque mali humoris est excoquat et excomedat. Quoniam autem humana fragilitas non potest veritatem ferre. « Si enim iniquitates attendas, Domine, Domine, quis sustinebit ? (*Psal.* CXXIX, 3). Si enim tantum justus fuerit Dominus, nos vivere non possumus ; propterea justitiæ ipsius, hoc est, vino, misericordiæ oleum adjunctum est.

« Ecce sic benedicetur homo qui timent Dominum. » Jam multa locuti sumus, festinemus ad finem. « Benedicat te Dominus ex Sion. » De ista Sion et quomodo dicit alius propheta : « Sion quasi ager arabitur » (*Jerem.* XXVI, 18) ; dicit et Dominus : « Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis prophetas et lapidas

salem, qui tues les prophètes et lapides ceux qui te sont envoyés ? (*Matth.* XXIII, 37) Lorsque le Seigneur approchait de Jérusalem et qu'il la vit, il versa des larmes. Et quand pleura-t-il ainsi sur elle ? lorsqu'elle était près de sa perte et de sa ruine. Que dit-il, en effet ? « Levez-vous, sortons d'ici, » et dans un autre endroit : Voici que votre maison va être laissée déserte.» Donc, quand le prophète dit : « Que le Seigneur vous bénisse de Sion, » il ne veut point parler de cette Sion que nous voyons déserte et abandonnée. Ses portes, le sol sur lequel elle s'élevait, ses ruines elles-mêmes annoncent la colère du Seigneur. Quand bien même nous pourrions l'ignorer, les yeux suffiraient pour publier la colère du Seigneur. « Que le Seigneur vous bénisse de Sion. » Sion signifie *lieu d'où l'on observe*, Jérusalem signifie *vision de paix*. Si notre âme a un lieu d'observation, si elle est sur les hauteurs, si ses pensées ont pour objet non les choses de la terre, mais les choses du ciel, si notre âme est en possession de la vision de la paix, c'est-à-dire, si le Christ, qui est la vraie paix, habite en elle, alors il nous bénit véritablement. Si le Christ habite en nous, nous serons Sion, nous serons Jérusalem. « Et puissiez-vous voir les enfants de vos enfants. » C'est moi qui vous parle : Si je suis parvenu à vous instruire par mon discours, j'ai vu mes enfants ; si à votre tour vous en instruisez d'autres, j'ai vu les enfants de mes enfants. Prions donc le Seigneur qu'il nous donne des enfants, qu'il nous donne de petits-enfants, et que nous ayons toujours une nombreuse postérité. Hâtons-nous d'engendrer de tels enfants, cette union est des plus saintes. Je vous dis une chose nouvelle : sans union conjugale, vous pouvez engendrer un grand nombre de tels enfants. « Que la paix soit sur Israël. » Israël signifie *l'esprit qui voit Dieu*. Voyez maintenant ce que veut dire cette paix sur Israël, c'est-à-dire sur ceux dont l'âme voit Dieu. Si mon âme jouit de la vision de Dieu, si je vois toujours le Christ, je n'en verrai pas d'autres. Quiconque a Jésus-Christ en lui, a la paix dans son âme. « Je vous donne ma paix, je vous laisse ma paix. » (*Jean* XIV, 27). Quelque nombreuses que soient les persécutions et les persécuteurs, celui en qui le Christ habite a toujours avec lui le Christ, à qui soit la gloire dans les siècles des siècles. Ainsi soit-il.

PSAUME CXXVIII.

« Souvent ils m'ont attaqué depuis ma jeunesse, qu'Israël le dise maintenant ; souvent ils m'ont attaqué dès ma jeunesse. » Le prophète dit ici deux choses : « Ils m'ont souvent attaqué, et ils m'ont attaqué dès ma jeunesse. » Donc, si j'ai commencé à servir Dieu à l'âge de quarante ans, par exemple, je ne puis dire : « Ils m'ont attaqué dès ma jeunesse. » Mais que dis-je ? ils ont cherché à me mettre à mort dès ma jeunesse, ils m'ont couvert de blessures dès ma

eos qui ad te missi sunt. » (*Matth.* XXIII, 37.) Denique cum appropinquasset Dominus ad Jerusalem et vidisset, flevit. Quando autem deflevit eam ? Ideo utique flevit ruituram, quasi perituram. Denique quid dicit ? « Surgite, eamus hinc. » Et in alio loco quod dicit : « Relinquetur vobis domus vestra. » Ergo hoc quod dicit, « benedicat te Dominus ex Sion, » non dicit istam Sion quam videmus esse desertam. Ipsæ portæ, et ipse ager, et ipsæ ruinæ iram Domini significant. Etiamsi nos ignoramus, oculi ipsi clamant iram Domini. « Benedicat te Dominus ex Sion. » Sion interpretatur « specula. Jerusalem » interpretatur « visio pacis. » Si anima nostra speculam habuerit, si in sublime fuerit ; si non de terrenis cogitaverit, sed de sublimibus, si anima nostra habuerit visionem pacis, hoc est, si Christus, qui vera pax est, habitaverit in ea : ipse nos benedicit. Si habitaverit in nobis Christus, et nos erimus Sion, et nos erimus Jerusalem. « Et videas filios filiorum. » Ego vobis loquor : si ex meo sermone vos instruxero, vidi filios meos : si vos alios instruxeritis, vidi filios filiorum meorum. Oremus igitur Dominum, ut habeamus filios, habeamus nepotes, et semper habeamus multam progeniem. Festinemus tales filios facere ; sancta ista est conjunctio. Rem vobis dico novam, sine uxoris complexu plures nascuntur tales filii. « Pax super Israel. Israel » interpretatur « mens videns Deum. » Vide ergo quod dicitur pax super Israel ; super eos qui habent mentem videntem Deum. Mens mea si habuerit visionem Dei, si semper Christum videro, alios non videbo. Quicumque Christum habet in se, habet in se pacem, « Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. » (*Joan.* XIV, 27). Licet sint multæ persecutiones, licet multi sint qui persequantur, tamen in quo Christus habitat, ille semper Christum habet ; cui sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

PSALMUS CXXVIII.

« Sæpe expugnaverunt me a juventute mea, dicat nunc Israel. Sæpe expugnaverunt me a juventute mea.» Duo dicuntur : et sæpe expugnaverunt me, et a juventute mea expugnaverunt me. Ergo si in media ætate cœpero servire Domino, verbi gratia quadraginta annorum, non possum dicere, « expugnaverunt me a juventute mea. » Sed quid dico ? occiderunt me a juventute mea, vulneraverunt me a juventute mea, conculcaverunt me a juventute mea. Qui au

jeunesse, ils m'ont foulé aux pieds dès ma jeunesse. Mais pour celui qui a commencé à servir Dieu dès sa jeunesse, il est souvent attaqué par le démon et par ses anges, et cependant il n'est point vaincu; que dira-t-il donc? « Souvent ils m'ont attaqué dès ma jeunesse, mais ils n'ont pu rien contre moi. » Un athlète n'est couronné que s'il a combattu suivant les règles, s'il n'a reçu des coups de poing, s'il n'a une face livide, si le sang ne découle de son visage. Cette lividité mérite la couronne, la douleur a droit à la joie du triomphe. « Souvent ils m'ont attaqué dès ma jeunesse. » Que la vierge consacrée au Seigneur répète ce verset, qu'il soit aussi sur les lèvres du moine qui a commencé à servir Dieu dès ses premières années. Mais pour moi qui avait quarante ans ou cinquante ans lorsque j'ai commencé à le servir, comment puis-je dire? « Ils m'ont souvent attaqué dès ma jeunesse. » La vierge peut le dire, ainsi que le moine dont le corps et l'esprit n'ont reçu aucune atteinte. Et que diront-ils? « Ils m'ont souvent attaqué dès ma jeunesse. » Quelqu'un dira : O moine, comment les démons et le diable ont-ils pu vous attaquer? C'étaient des hommes qui paraissaient m'attaquer, mais pour moi, dans ces hommes, je voyais l'action du diable. Lors donc que les hommes nous persécutent, ne nous irritons point contre notre persécuteur, mais prenons-les en compassion, pleurons sur eux, car il y en a un autre qui persécute dans la parole des persécuteurs. Qu'un possédé du démon, dont le démon s'est emparé, vienne à moi et me donne un coup de poing ou un coup de pied, est-ce que j'entrerai en colère contre lui? Il me donne un coup de poing, et je pleure et je gémis sur l'auteur de cette violence; car je le vois frappé bien plus violemment par celui qui s'en sert comme d'un instrument, qu'il ne me frappe lui-même. Toutes les fois que nous souffrons de quelque chose, et que nous avons à supporter des tentations, comprenons que les hommes ne sont que les instruments du diable et de ses satellites. On me demandera d'établir cette vérité sur les Ecritures, car nous ne devons rien avancer qui ne soit appuyé et soutenu par les Ecritures. Judas a été un traître, mais Satan était entré dans son âme, et c'est lui qui a trahi dans la personne de ce traître disciple. L'épouse de Putiphar voulait retenir Joseph, son serviteur; c'est-à-dire que la maîtresse voulait retenir son serviteur; celle qui était au sein des richesses, celui qui était réduit à la dernière pauvreté; celle qui était dans sa patrie, un pauvre étranger; elle s'efforçait donc de retenir Joseph, mais ce saint jeune homme comprenait que c'était le démon qui le retenait par les mains de cette femme. Je parle ainsi, afin que, lorsque nous avons à souffrir quelque chose de la part des hommes, loin de nous irriter contre eux, nous les prenions bien plutôt en compassion, et que nous voyions le démon, notre ennemi, qui agit dans leur personne. « Ils m'ont souvent attaqué dès ma jeunesse, mais ils n'ont rien pu contre

tem a pueritia incipit servire Domino, et sæpe expugnatur a diabolo et angelis ejus, et tamen non vincitur; iste quid dicat? « Sæpe expugnaverunt me a juventute mea: etenim non potuerunt mihi. » Athleta nisi legitime certaverit, non coronatur nisi pugnum acceperit, nisi faciem lividam, nisi de facie sanguis effusus fuerit. Livor meretur coronam, dolor meretur gaudium. « Sæpe expugnaverunt me a juventute mea. » Dicat hunc versiculum virgo Domini; dicat monachus qui a parva ætate cœpit servire Domino. Ego autem qui quadraginta vel quinquaginta annorum cœpi servire Domino, quomodo possum dicere: « Sæpe expugnaverunt me a juventute mea? Dicat ergo hoc virgo; dicat monachus integer corpore et spiritu. Et quid dicat: « Sæpe expugnaverunt me a juventute mea? » Dicat aliquis: O monache, quomodo te expugnaverunt dæmones et diabolus? Videbantur quidem homines qui impugnabant, sed ego in hominibus diabolum intelligebam. Quando ergo nos persequuntur homines, non irascamur persequenti, sed condoleamus et plangamus eos: quia alius est qui persequitur in persecutoribus. Si dæmoniarius, qui habet dæmonem, venerit, et pugnum mihi dederit, et calce percusserit, numquid irascor ei? Ille pugno percutit, et ego ploro et plango percutientem: video enim quia pejus percutitur ab eo qui in eo operatur, quam ego a manu ejus. Quoties ergo aliquid patimur, et tentationes aliquas sustinemus, illum intelligamus esse et illos qui nobis tentationes generant, in hominibus. Dicat aliquis: Hoc ipsum de Scripturis affirma: non enim debemus aliquid loqui nisi de Scripturis fuerit adornatum atque approbatum. Judas proditor fuit, sed intravit in illum Satanas et ipse in proditore prodidit. Uxor Putiphar eo tempore quando tenuit Joseph, servum suum domina servum, ditissima pauperculum, civis peregrinum, illa tenebat Joseph, sed sanctus vir in manibus mulieris intelligebat esse diabolum retinentem? Hoc totum quare dico? Ut quando aliquid patimur ab hominibus, non irascamur hominibus, sed plangamus eos, et illum videamus insidiatorem qui in ipsis operatur. « Sæpe expugnaverunt me a juventute mea: etenim non potuerunt mihi. Expugnaverunt me, » in cogitationibus turpibus « expugnaverunt me, » in iracundia. Ego acquievi cogitationibus; sed (« Forte addendum » non) acquievi

moi. » Ils m'ont attaqué par des pensées honteuses, ils m'ont attaqué en m'excitant à la colère. J'ai consenti à ces pensées, j'ai fait quelque chose que cette pensée me forçait de faire. Or, si je me suis laissé dominer par la colère, si j'ai fait tort à mon frère, je ne puis dire : « Ils n'ont rien pu contre moi ; » au contraire, ils ont prévalu contre moi.

« Les pécheurs ont travaillé sur mon dos. » Examinez attentivement ce que veut dire l'Ecriture. Il s'agit ici d'un saint athlète, et qui ne peut être couronné qu'à la condition de combattre suivant les règles ; car vous savez qu'il y a divers genres d'athlètes. Les uns sont de véritables athlètes, les autres sont des pancratiastes, les uns combattent pour plusieurs jours, les autres sont des coureurs qui courent dans le stade. C'est ainsi que l'Apôtre déclare qu'il court pour obtenir la couronne. (I *Cor.* IX, 26). Et que dit-il dans un autre endroit ? « J'oublie ce qui est derrière moi, et je m'avance vers ce qui est devant moi. » (*Philip.* III, 13). Considérez donc ce que veut dire l'Ecriture : Les pécheurs ont travaillé sur mon dos ; j'ai toujours couru, et tellement couru que mon adversaire ne put jamais me précéder, mais qu'il fut toujours derrière moi. Il n'est jamais venu sous mes yeux, car il n'a pu soutenir la clarté de mon regard ; mais il a toujours poursuivi la partie qui est aveugle, qui n'a point d'yeux. « Les pécheurs ont travaillé sur mon dos. » Lorsqu'un chrétien médit contre son frère, il travaille sur son dos. « Les pécheurs ont travaillé sur mon dos, » mais je ne voyais pas leurs embûches ; ils travaillaient sur mon dos, et je considérais de mes yeux le paradis. Ils me dressaient des embûches, et je désirais contempler la couronne. « Ils ont prolongé leur iniquité. » Que signifient ces paroles : « Ils ont prolongé leur iniquité. » Si je viens à pécher, et qu'aussitôt le péché commis j'en fasse pénitence, mon iniquité est courte, elle ne se prolonge pas ; mais si je pèche sans faire pénitence, du jour où je pèche, la chaîne de mes péchés se prolonge. Aussi est-il dit dans un autre endroit : « Les filets des pécheurs m'ont enveloppé. » (*Ps.* CXVIII, 61). Voyez ce qu'il veut dire : « Les filets des pécheurs m'ont environné ; » et il est encore écrit dans un autre endroit : Chacun est enchaîné par les liens de ses propres péchés. » (*Prov.* V, 22). Pesez le sens de ces paroles : « Chacun est enchaîné par les liens de ses propres péchés. » Le filet des péchés, si je n'en ai commis plusieurs, ne peut être entrelacé. Quand j'ai commis un seul péché, ce n'est point un filet, c'est un simple fil. Or, s'il n'y a qu'un fil, il peut se rompre facilement, et il ne peut ni me retenir, ni m'enchaîner ; mais, si les péchés se multiplient et prolongent les iniquités, de toutes ces iniquités réunies, comme de plusieurs fils, il se forme un filet qui nous enchaîne et

tentationibus ; sed aliquid feci quod me cogitatio compellebat. Si iracundia me superavit, et fratri feci injuriam, non possum dicere : « Etenim non potuerunt mihi. » Potuerunt enim mihi.

« Super dorsum meum fabricaverunt peccatores. » Diligenter animadvertite Scriptura quid dicat. Sanctus athleta est, et non coronatur nisi qui legitime certaverit : scitis enim quia athletarum multa sunt genera. Sunt enim alii athletæ : alii vero sunt quasi Pammacharii, alii ad dies contendunt, alii vero sunt cursores, hoc est, qui currunt in stadio. Denique et Apostolus dicit se currere ut ad coronam perveniat (I *Cor.* IX, 26). Et quid dicitur in alio loco : « Præteritorum obliviscens ad priora me extendo. » (*Philipp.* III, 13). Videte ergo Scriptura quid dicit : supra dorsum meum fabricabantur peccatores ; sic semper cucurri, et tantum cucurri, ut adversarius meus numquam præcedat, sed semper post tergum inveniatur. Numquam venit contra oculos meos : neque enim potuit sustinere lumen oculorum meorum ; sed semper eam partem persequebatur quæ cæca est, quæ oculos non habet. Supra dorsum meum fabricabantur peccatores. Quandocumque aliquis fratribus detrahit, iste post dorsum fabricatur. Supra dorsum meum fabricabantur peccatores, sed ego non videbam insidias eorum ; illi fabricabantur post dorsum meum, et ego oculis paradisum conspiciebam. Illi mihi moliebantur insidias, et ego coronam videre cupiebam. « Prolongaverunt iniquitatem suam. » Quid dixit : « prolongaverunt iniquitatem suam : » Ego si peccavero, et post peccatum meum egero pœnitentiam, brevis est iniquitas mea et non longa. Si autem peccavero, quocumque die peccavero, funiculus peccatorum meorum longior fiet. Unde dicitur et in alio loco : « Funes peccatorum circumdederunt me. » (*Psal.* CXVIII, 61). Vide quid dicat, Funes peccatorum circumdederunt me. Et in alio loco scribitur : « Funiculis peccatorum suorum unusquisque constringetur. » (*Prov.* V, 22). Vide quid dicat, funiculis peccatorum suorum unus quisque constringetur. Funiculus peccatorum, nisi plura peccata habuerim, texi non potest. Si peccatum fecero, non tam funiculus est, quam quasi unum filum est. Si autem unum filum est, cito rumpitur, et tenere, et ligare non potest. Si autem plura peccata fuerint et prolongaverint iniquitates, de pluribus peccatis quasi de pluribus filis funiculus fit, et ligat, et non cito rumpitur. Hoc totum quare dixi ? Quia legimus in isto versiculo, « prolongaverunt iniquitatem suam. »

qui ne peut être facilement rompu. J'ai donné ces explications à l'occasion de ce verset : « Ils ont prolongé leur iniquité. »

« Le Seigneur qui est juste a abattu la tête des pécheurs. » Remarquez comme le psalmiste s'exprime : Il n'a point dit qu'il retranche les pécheurs ; s'il s'était exprimé de la sorte, nul n'aurait pu être sauvé, car nous sommes tous pécheurs. Mais que dit-il ? « Le Seigneur, qui est juste, a retranché la tête des pécheurs, » de ceux qui, au péché, joignent l'orgueil ; car Dieu résiste aux superbes, et il donne sa grâce aux humbles ; c'est pour cela qu'il abattera la tête des pécheurs.

PSAUME CXXXI.

« Souvenez-vous, Seigneur, de David et de toute sa douceur. » Comme il est écrit dans l'Evangile : « Fils de David, ayez pitié de nous, (c'est ce que crient les aveugles qui étaient près de Jéricho), il en est beaucoup qui croient que ce David, qui signifie *fort de la main*, se rapporte à Notre Seigneur et Sauveur ; mais si nous voulons appliquer ce psaume à Notre-Seigneur, comme ils le veulent, cela nuira beaucoup à l'intelligence du psaume. Car si ces paroles : « Seigneur, souvenez-vous de David et de toute sa douceur se rapportent au Christ, pourquoi dit-il, comme s'il parlait d'un autre : « Jusqu'à ce que je trouve un lieu pour le Seigneur, et un tabernacle pour le Dieu de Jacob. Nous avons appris que l'arche était dans Ephrata, nous l'avons trouvée dans les champs de la forêt. » Et comment expliquer encore ces paroles : « A cause de David, votre serviteur, ne rejetez pas la face de votre Christ ? » Car, si comme ils le pensent, ce Christ est David, comment peut-il dire : A cause de David votre serviteur, ne détournez pas la face de votre Christ? Il n'y a plus de suite ; car si l'on soutient que David est le Christ, nous devrons interpréter ainsi ces paroles. A cause du Christ, votre serviteur, ne détournez pas la face de votre Christ. Je parle ainsi pour ceux qui veulent que le Christ, dans ce verset, soit David ; non pas que je nie que David ne soit appelé Christ dans certains endroits, mais ici ce sens ne peut être admis. Or, quelle est la cause de leur erreur ? Je vous l'ai dit : c'est parce qu'il est écrit : « Seigneur, souvenez-vous de David et de toute sa douceur. » Le Seigneur dit aussi dans son Evangile : « Apprenez de moi que je suis doux et humble de cœur. » C'est le même sens, mais leur erreur est de vouloir que David soit ici le Christ et de rapporter sa douceur au Christ. Interprétons donc ce psaume de David de manière à faire comprendre que celui qui naîtra de lui soit vraiment le Christ. Voyez maintenant la suite du psaume ; il est assez étendu, nous sommes entrés déjà dans d'assez longs détails, nous devons donc effleurer brièvement le sens sans discuter longuement, afin que l'auditeur prudent, par ce que nous avons dit, puisse comprendre de lui-même ce que nous passons sous silence.

« Comme il en a fait le serment au Seigneur,

« Dominus justus concidet cervices peccatorum. » Videte quid dicat, non dixit, concidat peccatores ; si autem hoc dixisset, nemo salvari poterat, omnes peccatores sumus. Sed quid dicit ? « Dominus justus concidet cervices peccatorum. » Qui et peccatores sunt, et superbis sunt quoniam superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam : ideo concidet cercivices peccatorum.

PSALMUS CXXXI.

« Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus. » Multi putant ex eo quod scriptum est in Evangelio, « Miserere nostri, filii David » (hoc cæci dicunt qui sedebant in Jericho), istum « David, » qui interpretatur « fortis manu, » referri ad Dominum Salvatorem. Sed in isto psalmo si voluerimus referri, ut illi putant, multum nocet, intelligentiæ nostræ. Si enim hoc quod dicitur, « Memento, Domine, David, et omnis mansuetudinis ejus, » refertur ad Christum, quomodo dicit quasi de alio : « Donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob ? Ecce audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campis silvæ. » Et quomodo dicitur : « Propter David, servum tuum, non avertas faciem Christi tui ? » Si enim, ut putant, Christus est David, quomodo dicit, propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui ? Non stat ordo ; si enim David Christus dicitur, sic incipimus intelligere, propter Christum servum tuum ne avertas faciem Christi tui. Hoc propter eos loquor, qui David in istum locum Christum interpretantur : Non quod negemus Christum interpretari David pro locorum qualitate ; sed in isto loco non recipit sensus. Et quare errent dico vobis, quia scriptum est : « Memento, Domine, David et omnis mansuetudinis ejus. » Et Dominus dicit in Evangelio : « Discite a me quia mitis sum et humilis corde. » Pro quidem sensu ; sed errantes David hic Christum interpretantur, et mansuetudinem ejus referunt ad Christum. Nos ergo interpretemur istum psalmum in David, ut qui nascetur ex David vere Christus intelligatur. Denique videte ordinem, quoniam enim grandis est psalmus, et jam multa diximus, debemus breviter sensus perstringere, non latius disputare : ut prudens au-

et le vœu au Dieu de Jacob. » L'hébreu n'a point la particule traduite par ὡς c'est-à-dire *sicut*, comme, et ne présente point le même sens, mais ὁς, c'est-à-dire qui, et voici quel serait le sens : « Seigneur, souvenez-vous de David et de toute sa douceur, lui qui a fait le serment au Seigneur et le vœu au Dieu de Jacob.» Et je crois que cette erreur est moins le fait des Septante que celui des copistes.

« Je n'entrerai point dans l'intérieur de ma maison. » Voici ce que David déclare : Je ne cherche d'autre repos que celui du Christ, qui doit naître de ma postérité, c'est-à-dire que vous avez promis devoir sortir de ma race.

« Je n'accorderai point le sommeil à mes yeux, ni l'assoupissement à mes paupières, ni le repos à mes tempes, jusqu'à ce que je trouve un lieu pour le Seigneur et un tabernacle pour le Dieu de Jacob. » Plusieurs pensent qu'il est ici question de l'Eglise, mais, à mon avis, ce n'est point de l'Eglise, mais de la sainte Vierge Marie que le prophète veut parler ; et qu'ajoute-t-il ?

« Nous avons appris que l'arche était à Ephrata ; nous l'avons trouvée dans les champs de la forêt.» Lisons les saintes Ecritures, et ne cessons nuit et jour d'examiner et de discuter chaque syllabe, chaque lettre. Qu'on dise d'Ephrata que c'est de Bethléem que le prophète a voulu parler ; en effet, nous lisons dans la Genèse. Il vint à Bethléem, c'est-à-dire à Ephrata, c'est ce qui est dit de Jacob lorsque Rachel, son épouse, fut morte. Voilà donc Ephrata, mais voyons pourquoi ce nom d'Ephrata. Il est écrit dans les Paralipomènes, que Marie, sœur de Moïse et d'Aaron, eut pour mari Or, non Ur, mais Or. (I *Paral.* XI) ; et ensuite l'auteur décrit la suite des générations, en disant : Marie, sœur de Moïse et d'Aaron, c'est elle qui est d'Ephrata. Voilà ce qui est écrit dans le livre des Paralipomènes, cherchez et vous trouverez. Elle reçut donc le nom d'Ephrata. Cette interprétation paraîtra peut-être à quelqu'un peu conforme à la vérité, parce qu'elle est nouvelle ; mais je le renvoie à l'autorité du livre.

« Nous avons appris qu'elle était dans Ephrata.» L'hébreu porte non *eam*, elle, mais *eum*, *lui*, c'est-à-dire celui qui doit naître de la race de David. « Nous avons appris qu'elle était dans Ephrata, » en l'appliquant à Marie. Mais nous pouvons entendre simplement qu'Ephrata veut dire Bethléem, que le Christ est né à Bethléem. Heureux donc ce lieu qui, tant de siècles auparavant, a été chanté par la voix des prophètes. Tous les lieux où le Christ est né, où il a été crucifié, où il est ressuscité, où il est monté triomphant dans les cieux, tous ces lieux sont saints et vénérables, mais Bethléem a droit à une vénération toute particulière. Voyez, en effet, par quel effet de la grande miséricorde de Dieu ce petit enfant est né. Il est couché dans une crèche, parce qu'il n'y a point de place dans les hôtelleries. O moines, le Seigneur naît sur la terre et n'a point de demeure qui

ditor ex his quæ diximus, etiam ea quæ non loquimur, ipse a se intelligat.

« Sicut juravi Domino, votum vovit Deo Jacob. » In Hebraico non habet ὡς, hoc est, « sicut, » nec sic sensus est ; sed habet ὁς, hoc est, « qui, » et est sensus : « Memento, Domine, David et omnis mansuetudinis ejus, » qui « juravit Domino, votum vovit Deo Jacob. » Et hoc puto non tam vitio Septuaginta Interpretum factum, quam scriptorum errore.

« Si introiero in tabernaculum domus meæ.» David hoc dicit, nullam aliam requiem quæro nisi Christi, qui de meo semine nasciturus est, hoc est, quem promisisti, quia de meis lumbis nasciturus est.

« Si dedero oculis meis et palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.» Hoc multi putant dici de Ecclesia ; sed mihi videtur non tam de Ecclesia dici, quam de sancta Maria. Denique dicitur.

« Ecce audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campis silvæ. » Legamus Scripturas sanctas, et diebus et noctibus singulas syllabas et litteras ventilemus. Dicat aliquis de Ephrata, hic Bethlehem dixit. Legimus enim in Genesi : « Venit in Bethlehem, » hoc est, « Ephrata. » Hoc dicitur de Jacob quando uxor ejus Rachel mortua est. Hoc est, Ephrata, sed videamus in Ephrata quare nomen acceperit. Scriptum est enim in Paralipomenon, quoniam Maria, soror Moysi et Aaron habuerit maritum Or, non Ur, sed Or. Et postea ordo describitur, et dicitur : Maria, soror Moysi et Aaron, hæc est Ephrata. Hoc in Paralipomenon libris scribitur ; quærite et invenietis. Denique et hæc Ephrata nomen accepit. Videtur forsitan alicui verum non esse, quia novum est : sed eum remitto ad auctoritatem libri.

« Ecce audivimus eam in Ephrata. » In Hebræo non habet « eam, » sed habet « eum, hoc est, « illum» qui nasciturus est de semine. « Audivimus eam in Ephrata : quod de Maria sensus. Sed et simpliciter intelligere possumus, quoniam Ephrata, Bethlehem dicitur, et Christus in Bethlehem natus sit. Felix igitur locus qui tanto ante tempore prophetarum voce cantatus est. Omnia quidem loca sancta, venerabilia sunt, et ubi natus est, et ubi crucifixus est, et ubi resurrexit, et ubi ad cœlos victor ascendit ; sed iste locus proprie venerabilior est. Vide quanta mi-

lui soit propre : « Il n'y avait point de place dans les hôtelleries. » Nul parmi les hommes qui n'ait un lieu pour s'abriter ; le Christ ne trouve pas de place parmi les hommes. Il n'en trouve ni dans Platon, ni dans Aristote ; une crèche seule lui sert de refuge parmi les animaux domestiques, symbole de la simplicité et de l'innocence. C'est ce qui a fait dire au Seigneur dans son Evangile : « Les renards ont des tannières, et les oiseaux du ciel des nids, mais le Fils de l'homme n'a pas où poser la tête. »

PSAUME CXLI.

« Intelligence de David, lorsqu'il était dans la caverne. » C'est le titre de cette prière. Ce titre, pris dans son sens historique, a rapport au temps où David fuyait devant Saül dans le désert d'Engaddi et se cachait dans une caverne. Saül qui l'ignorait entra dans cette caverne pour un besoin particulier ; mais comme ce psaume est intitulé : « Intelligence de David, » nous devons l'entendre dans un sens spirituel. Dans ce psaume, David figure le Seigneur, Saül le diable, la caverne le monde, où le diable n'envoie rien de bon, mais où il ne dépose que du fumier et de la pourriture. Par cette caverne, il faut entendre le monde, parce qu'en comparaison de la vie future, il n'a point la lumière parfaite, mais un commencement de lumière que le Seigneur a fait briller en venant en ce monde. C'est pour cela que l'Apôtre dit : « Qui est la lumière de sa gloire. » (*Hebr.* I, 3). De même donc que David est entré dans la caverne pour se dérober à Saül, ainsi le Seigneur est venu en ce monde et y a souffert des persécutions.

« Je répands ma prière en sa présence. » Il a dit, en termes plus expressifs, je répands mon cœur tout entier en présence du Seigneur, comme un malade qui dévoile toutes ses blessures à son médecin, et lui avoue toutes ses souffrances pour que le médecin y applique le remède. « J'expose devant lui ma tribulation, » c'est-à-dire la tribulation qu'énumère l'Apôtre qui, jointe aux autres, produit l'espérance, laquelle n'est jamais confondue.

« Lorsque mon âme est toute prête à défaillir. » Si l'esprit mauvais qui étouffait Saül ne vient à défaillir en nous, le Seigneur ne peut connaître nos sentiers. Or, quels sont les sentiers des justes ? la justice, les bonnes œuvres, la voie droite, la chasteté, la continence et les autres vertus semblables.

« Ils m'ont tendu un piège secret dans cette voie où je marchais. » Les vices sont voisins des vertus. Dans quelque chemin que nous voulions marcher, ils y tendent leurs pièges soit dans le jeûne, soit dans l'aumône et la pratique des autres vertus.

« Je considérais à ma droite et je regardais, et il n'y avait personne qui me connût. » Si nous appliquons le psaume au Seigneur, c'est lui-même qui parle ici : Tous mes disciples

sericordia Dei hic natus parvulus infans. In præsepe ponitur ; non enim erat illis in diversorio. O monache, Dominus nascitur in terra, et cellam propriam non habet : « non erat illis locus in diversorio. » Universum genus humanum habet locum : Christus non invenit locum inter homines. Non invenit in Platone, non in Aristotele, sed in præsepe, inter jumenta et bruta animalia et simplices quosque et innocentes. Unde dicit et Dominus in Evangelio. « Vulpes foveas habent, et volucres cœli nidos ; filius autem hominis non habet ubi caput reclinet.

PSALMUS CXLI.

« Intellectus David, cum esset in spelunca. » Oratio præscribitur. Iste titulus secundum historiam quidem est, quando fugiebat David a Saul in deserto Engaddi, in spelunca absconsus ; et ingressus est ignorans Saul, quasi sua causa ; sed quoniam habet in sua præscriptione, « Intellectus David, » debemus spiritualiter intelligere psalmum. Accipitur quidem et in Dominum verum David iste psalmus, et intelligitur Saul in diabolo : spelunca autem in hoc mundo ; et quod diabolus non mittat in hoc mundo aliquid boni, sed stercus, et si quid putridum. Spelunca autem intelligitur iste mundus, qui perfectum lumen non habet quantum ad comparationem futuri, sed quasi lumen aliquod illuxit Dominus veniens in hunc mundum. Propterea dicit Apostolus : « Qui est lumen gloriæ ejus. » (*Heb.* I, 3). Ergo sicut David intravit in speluncam abscondens se a Saul : ita et Dominus ingressus est in hoc mundo, et persecutionem passus est.

« Effundo in conspectu ejus orationem meam. » Significantius dixit, effundo totum cor meum in conspectu Domini ; quemadmodum aliquis confiteatur medico vulnus suum, et omnes quas habet passiones dicit illi, ut ita adhibeat ei curam. « Tribulationem meam ante ipsum pronuntio, » hoc est, tribulatio quam Apostolus numerat, quæ numerata cum cæteris spem facit, spes autem non confundit.

« In deficiendo in me spiritum meum. » Si non ex nobis deficiat spiritus malus qui suffocabat Saul, non potest nosse semitas nostras Dominus. Quæ autem sunt semitæ justorum ? Justitia, opera bona, via recta, castitas, continentia et cætera his similia.

« In via hac qua ambulabam absconderunt laqueum

m'ont abandonné et se sont enfuis. Un seul était resté, qui m'avait fait cette promesse : Quand il me faudrait mourir pour vous, je ne vous abandonnerai point, et il a renié le Seigneur. C'est pour cela qu'il dit ici : « Je considérais à ma droite ; il n'a pas dit : à ma gauche, parce que Pierre a fait pénitence.

« Tout moyen de fuir m'est ôté, » lorsque les Juifs s'emparèrent de lui. « Et il n'y avait personne qui me connût, » car tous criaient : Crucifiez-le, crucifiez-le. (*Luc.* XXIII).

Soyez attentif à ma supplication, parce que je suis profondément humilié. » L'humiliation est une des conditions nécessaires pour être exaucé de Dieu. A quoi servirait, en effet, de supplier Dieu en paroles et de porter la tête haute ? Si nous entendons ces paroles du Sauveur, elles répondent à celles-ci : « Apprenez de moi que je suis doux et humble de cœur. »

« Délivrez-moi de ceux qui me persécutent, car ils sont devenus plus forts que moi. » Ceux qui combattent contre nous, c'est-à-dire les princes de ce monde, sont plus forts que nous.

« Tirez mon âme de la prison où elle est, afin que je bénisse votre nom, » c'est-à-dire tirez là de ce corps, « afin que je bénisse ; » c'est-à-dire, afin que je glorifie ; de même qu'il dit dans un autre endroit : « Je vous rends gloire, Seigneur. »

« Les justes m'attendent jusqu'à ce que vous me rendiez justice. » Le Seigneur dit : « les Apôtres attendent que je resssucite d'entre les morts.

mihi. » Prope sunt vitia virtutibus. In quacumque via voluerit aliquis ambulare, in ea ponunt laqueos ; aut in jejunio, aut in eleemosyna, aut in cæteris virtutibus.

« Considerabam ad dexteram, et videbam, et non erat qui cognosceret me. » Si in Deum fecerimus psalmum, ipse Dominus loquitur : Omnes discipuli mei dereliquerunt me, et fugerunt. Unus remanserat Petrus qui se promisit dicens : si oportet me pro te mori, non te derelinquam : et ipse negavit. Propterea dixit, Considerabam eum ad dexteram, et non dixit, ad sinistram, quoniam egit pœnitentiam Petrus.

« Periit fuga a me. » Quando comprehensus est a Judæis. « Et non est qui requirat animam meam. » Omnes enim clamabant : Crucifige, crucifige. (*Luc.* XXIII).

« Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis. » Si non aliquis humiliatus fuerit, non exauditur a Domino. Quid enim prodest aliquem verbis orare et cervicem erectam habere ? Si autem in Dominum intelligimus : Discite a me, quia mitis sum et humilis corde.

« Libera me a persequentibus me, quia confortati sunt super me. » Qui contra nos pugnant fortiores nobis sunt, hoc est, principes hujus mundi.

« Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo. » Id est, de isto corpore. « Ad confitendum, » id est, clarificandum. Sicut dicit : « Confiteor tibi, Pater. »

« Me exspectant justi, donec retribuas mihi. » Dominus dicit : Me exspectant apostoli, donec resurgam a mortuis.

Nous avons cru devoir ajouter à cette explication des Psaumes la préface suivante sur le livre des Psaumes, avec l'avertissement de J. Martianay, qui l'a insérée lui-même dans les œuvres de saint Jérôme qu'il a publiées. (1693-1706, 5 vol. in-fol.) L'appréciation qu'en fait le savant bénédictin, au point de vue surtout de la latinité, nous dispense de la traduire.

J. MARTIANÆI ADMONITIO

AD CONSEQUENTEM PRÆFATIONEM IN PSALMORUM LIBRUM.

In tribus mss. exemplaribus Canonis Hebraicæ Veritatis, quem tom. I hujus editionis novæ Operum S. Hieronymi nuper publici juris feci, constanter descriptam inveni consequentem Præfationem in librum Psalmorum et Hebræo in Latinum sermonem translatum ab eodem Hieronymo, qui alia multum diversa præfatione versionem suam communiverat. Vir autem clarus Ludovicus Ferrandus hunc prologum edidit in fine voluminis Paraphraseos suæ in

Psalterium Davidis; sed falsus est eruditus scriptor, cum existimavit eum fuisse scriptum a falso illo Hieronymo consarcinatore Commentarorium in Psalmos: unde Joannes Baptista Cotelerius in notis ad tomum III Monum. Eccles. Græcæ, palam professus est jam dictam præfationem neutrius esse Hieronymi. *Quæ*, inquit, *nec Hieronymi, nec Hieronymiani illius consarcinatoris esse videtur*. Cujus porro fuerit, et si non omnino mihi constet, vix tamen dubito quin hic prologus Eusebio Cæsariensi sit ascribendus : pars enim non minima de ejusdem hypothesibus in Psalterio derivata, id nobis renuntiare videtur. Sed quisquis præfationem Latinitate donavit, vix primis fuit imbutus litteris, ut in Latinum non Latine eam verteret. Cætera videsis in annotatiunculis meis.

(a) PRÆFATIO DE LIBRO PSALMORUM

In Hebræo libro Psalmorum citra numeri adjectionem descripti sunt omnes et diverse, quidem : quidam conjuncti, quidam autem divisi. Quapropter primus et secundus conjuncti sunt juxta Hebræum, et iterum septuagesimus septimus conjunctus est apud nos : in Hebræo autem pariti sunt in duos. In quinque vero libros dividunt Hebræi Psalmorum librum (*At.* libros), quorum quidem primum a « Beatus vir, » usque ad finem quadragesimi. Secundum autem : « Quemadmodum desiderat cervus ad fontem (*Al.* fontes) « aquarum, » usque ad septuagesimi primi finem. Tertius vero est : « Quam bonus Israel Deus, usque ad octogesimi octavi. Quartus autem, « Domine, refugium factus es nobis, » usque ad centesimi quinti. Quintus vero : « Confitemini Domino, » usque ad novissimum.

Observandum autem, quia non secundum historiæ, seu temporum, psalmorum compositus sit ordo. Comminatus est vero minus multum temporibus (*Forte* nimis multis temporibus), sicut liber Regnorum declarat. Multa enim idolorum cultura obtinens Judæorum gentem, oblivionem infecerat paternarum Scripturarum, ut nec pareret liber Mosaicæ legis, neque memoria patrum pietatis salva haberetur apud eos. Sic ergo et prophetas interfecerunt redarguentes illorum impietates, et horum causa primum Assyriorum traditi sunt captivitati. Nihil igitur mirabile sub hujusmodi constitutione, et quæ illata sunt libro Psalmorum, deciderunt, oblivioni longis tradita temporibus.

Post hæc autem (b) sive Ezram, sive quemdam virum prophetarum circa congregationem eorum, festinasse cum cæteris et librum Psalmorum coadunasse non liquido invenientes omnes, sed per varia tempora. Taxavere autem imprimis qui priores inventi sunt, propter quod nec ipsi ut David in ordine jacere omnes. Deinde autem et filiorum Core, et Asaph, et Salomonis, et Moysi, et Ethan, et Heman, et Idithum, et iterum ipsius David inveniens mixtim in libro taxatos, non secundum quibus dicti sunt temporibus, sed quibus inventi. Hinc etiam provenit, ut qui temporibus erant novissimi primi inventi, reciperentur primi : et qui temporibus erant primi, postea inventi, secundo ordinarentur loco. Idipsum autem invenies factum et in prophetis.

a) In codice ms. Memmiano et in Sangermanensi nostro præfatio isthæc Hieronymo ascribitur. « Incipit præfatio Hieronymi presbyteri in libro Psalmorum. » Melius Carcassonensis codex, qui non retinet nomen Hieronymi. Mart.— Diximus in præfixa huic appendici admonitione, conferendam hanc præfationem esse cum Eusebii Hypothesibus, quæ huc magna ex parte, tametsi parum felicibus auspiciis, ab auctore translatæ sunt. Duos laudat Martianæus codd. mss. Memmianum unum, alterum Sangermanensem qui Hieronymo scriptionem hanc tribuunt. Nos cum uno Ambrosianæ Bibliothecæ I littera ac num, 6 prænotato contulimus, qui nullum habet auctoris nomen ascriptum, et sæpe melioris est frugis.

(*b*) De Synagoga magna Judæorum, quæ floruisse dicitur circa ætatem Esdræ, aperte satis loquitur auctor hujus præfationis. Quod diligenter notari velim, quia solus est, ni fallor, inter scriptores veteres ecclesiasticos, qui Synagogæ Judæorum meminit : etsi ejus auctoritate consecratum velint recentiores Canonem Esdrinum sacrorum Bibliorum. Mart.

(*a*) Libri Psalmorum hæc est divisio ipsorum, sicut certa scribentum diligentissima exempla priorum, et ipsum Hebraicum continent. Personæ quorum sunt psalmi sine inscriptione XVII ; supra scripti CXXXIII ; supra scriptorum divisio, ipsi David LXXII ; filiis Core XI ; Asaph XII ; Ethan I ; Eman I ; et Moysi I ; Salomonis II ; sine nomine XVII ; Alleluiatici XVII ; pro torcularibus III ; Graduum XV ; sunt autem sine nomine, quasi superscriptiones quidem habent, non tamen significant cujus sint, XVII, simul CL. Non sic suspiciat quis quia omnes sint David psalmi, sed et aliorum prophetarum ad psallendum prophetantium, propter quod hæc omnis Scriptura quæ apud Hebræos Psalterii nomine, non ipsius David supra scribitur, sed individue liber Psalmorum nominatur.

(*b*) Sicut dicebat quidam quia hexametro scriptum est canticum Deuteronomii, apud Hebræos: trimetro vero et tetrametro scripti sunt psalmi versu. Ergo qui apud Hebræos, alii sunt qui apud nos.

Ipsi David, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, octavus, nonus, decimus, undecimus, duodecimus, decimus tertius, decimus quartus, decimus quintus, decimus sextus, decimus octavus, decimus nonus, vigesimus, vigesimus primus, vigesimus secundus, vigesimus tertius, vigesimus quartus, vigesimus quintus, vigesimus sextus, vigesimus septimus, vigesimus octavus, vigesimus nonus ; trigesimus, trigesimus primus, trigesimus secundus, trigesimus tertius, trigesimus quartus, trigesimus quintus, trigesimus sextus, trigesimus septimus, trigesimus octavus, trigesimus nonus ; quadragesimus ; quinquagesimus, quinquagesimus primus, quinquagesimus secundus, quinquagesimus tertius, quinquagesimus quartus, quinquagesimus quintus, quinquagesimus sextus, quinquagesimus septimus, quinquagesimus octavus, quinquagesimus nonus ; sexagesimus, sexagesimus primus, sexagesimus secundus, sexagesimus tertius, sexagesimus quartus, sexagesimus septimus, sexagesimus octavus, sexagesimus nonus ; centesimus, centesimus secundus, centesimus septimus, centesimus octavus, centesimus nonus ; centesimus vigesimus primus, centei-s mus vigesimus tertius, centesimus trigesimus, centesimus trigesimus secundus, centesimus trigesimus tertius, centesimus trigesimus quartus, centesimus trigesimus quintus, centesimus trigesimus sextus, centesimus trigesimus septimus, centesimus trigesimus octavus, centesimus trigesimus nonus ; centesimus quadragesimus, centesimus quadragesimus primus, centesimus quadragesimus secundus, centesimus quadragesimus tertius, centesimus quadragesimus quartus, simul LXXII. Non supra scripti sunt, primus, secundus, trigesimus secundus, quadragesimus secundus, septuagesimus, nonagesimus primus, nonagesimus secundus, nonagesimus tertius, nonagesimus quartus, nonagesimus quintus, nonagesimus sextus, nonagesimus septimus, nonagesimus octavus, centesimus tertius, centesimus decimus quintus, centesimus trigesimus sextus, centesimus quadragesimus septimus ; simul XVII. Filiis Core quadragesimus primus, quadragesimus tertius, quadragesimus quartus, quadragesimus quintus, quadragesisimus sextus, quadragesimus septimus, quadragesimus octavus ; octogesimus tertius, octosimus quartus, octogesimus sextus, octogesimus octavus, simul XI. Sine nomine qui tantum superscriptiones habent, non tamen significant cujus sint, sexagesimus quintus, sexagesimus sextus, nonagesimus primus, nonagesimus octavus, nonagesimus nonus ; centesimus primus, centesimus decimus nonus, centesimus vigesimus, centesimus vigesimus secundus, centesimus vigesimus tertius, centesimus vigesimus quartus, centesimus vigesimus quintus, centesimus vigesimus septimus, centesimus vigesimus octavus, centesimus vigesimus nonus ; centesimus trigesimus, centesimus trigesimus tertius, simul XVII. Alleluiatici, centesimus quartus, centesimus quintus, centesimus sextus, centesimus decimus, centesimuo undecimus , centerimus duodecimus, centesimus decimus tertius, centesimus decimus quartus, centesimus decimus quintus, centesimus decimus sextus, centesimus decimus septimus, centesimus decimus octavus ; centesimus trigesimus quartus, centesimus tri-

(*a*) Ex hoc loco et aliis consequentibus manifeste comprobari potest, Eusebium Cæsariensem scriptorem fuisse verborum hujus prologi : sunt enim Hypotheses ipsius in Psalterio, quæ Græce exstant tom. VI Polyglottorum, Londin. p. 137, et Latine apud Thomas Carum præfationibus in Psalterium. At qui Eusebium in hoc prologo per pannos et segmenta Latinis tradit, ordinem Hypotheseων subvertere studuit, ne furtum agnosceremus. MART.

(*b*) Scholiastes in psal. CXVIII, tom VI Polyglott. Hoc etiam Eusebius expresse dixit, Præp. Ev. Lib. XI, cap. 5. MART.

gesimus quintus ; centesimus quadragesimus quintus, centesimus quadragesimus sextus, centesimus quadragesimus octavus, centesimus quadragesimus nonus, centesimus quinquagesimus, simul XVII. Ethan LXXXVIII ; Salomonis LXXI, CXXXI. Asaph, quadragesimus nonus, septuagesimus nonus, septuagesimus secundus, septuagesimus tertius, septuagesimus quartus, septuagesimus quintus, septuagesimus sextus, septuagesimus septimus, septuagesimus octavus, septuagesimus nonus ; octogesimus, octogesimus primus, octogesimus secundus, simul XII. Moysi, octogesimus nonus. Fiunt omnes psalmi CL. Pro torcularibus III, et Graduum XV, pro nominibus positi sunt. Extra CL non sunt.

[a] In quibus psalmis in superscriptionibus eorum obulus jacet : hæc penes solos Septuaginta inferuntur. Neque vero apud cæteros Interpretes inveniuntur. [b] Quanta adjacentia in Hebraico et apud cæteros, non sunt inventa penes Septuaginta et Theodotionem, adjecimus cum asteriscis : quanta vero apud memoratos LXX aut Theodotionem invenimus ; neque autem in Hebræo, neque apud cæteros, obolo supposuimus. De supra scriptis vero, quia secundum quamdam dispensationem LXX interpretati sunt, « De morte filii, » pro « occultis filii. » Sicut ergo eduxit prius terra quadrupedia et quæ ex ea generata sunt, et sicut quodam pascimus lacte primum, sic ante Salvatoris adventum dispensata est interpretatio Scripturarum propter Ptolomæum : etenim interpretatæ sunt sub [c] apostolis, quoniam erat impossibile propter infidelitatem de Christo eas prophetari.

Nonum. « Confitebor tibi in toto corde meo, » pro eo quod, « gratias ago. Narrabo omnia mirabilia tua. » Moyses non omnia erat possibilis narrare, sed ex parte ea mirabilia quæ in Ægypto. Christus autem et quæ super cœlestia. « In avertendo inimicum meum retrorsum. » Diabolus erat inimicus, qui humanum genus obtinebat. « Increpasti gentes, periit impius. » Diabolus. « Quomodo annuntiem laudes tuas, in portes filiæ Sion. » Civitate Dei viventis, cœlesti Jerusalem, filia Sion. Octogesimus nonus. « Domine, refugium factus es nobis in generationem et generationem. » Refugium secundum generationem fuit Enocb, inde Abraham, et reliqua. « Terra, » habens apud se absconditos, montes, novissime sicut ea demonstravit aqua tum secundum tempora terram denudavit, et demonstrati sunt montes. « Et dixisti, Convertimini, filii hominum. » De gentium vocatione. « Quia mille anni. » Quæ fecit Moysi : « Mane sicut herba transeat. » Quæ secundum David, et Salomonem, « Vespere decidat. » De consummationibus desolationum Jerusalem, hæc Moyses prophetavit Spiritu Dei Israel.

Principium psalmorum David secundum historiam quæ in libro Regnorum continetur : CXLIII, adversus Goliath cum stetit ; LVIII, cum misit Saul et custodivit domum ejus, ut interficeret eum ; LVI, cum fugit a facie Saul in spelunca ; XXXIII, cum venit ad Abimelech sacerdotem, et commutavit vultum suum coram Abimelech rege et dimisit eum, et abiit ; CXLI, cum fugit de Geth, et venit in spelunca Modollam ; LI, cum venit Doech Idumæus et annuntiavit Saul, et dixit ei : « Venit David in domum Abimelech ; » LXXII, cum esset in deserto Judææ ; LIII, cum venerunt Zephæi, et dixerunt Sauli : « Nonne ecce David absconditus est penes nos ; » LV, quando tenuerunt eum allophyli in Geth ; XXVI, post mortem Saul priusquam ungeretur in regem ; cum domus ædificata est post captivitatem, et arca Domini reducta est ; XXVIII, in consummatione Tabernaculi, in quo arca posita est ; XXIX, in dedicatione domus David ; LIX, cum Joab percussisset Mesopotamiam Syriæ, et Syriam Soba, et vallem Salinarum, duodecim millia ; L, cum venit ad eum Nathan propheta, et intravit ad Bethsabe ; III, cum fugit a facie Absalon filii sui ; VII, pro verbis Cusi filii Gemini ; CXLII, cum eum persequeretur Abessalon filius suus ; XVII, in die qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, et de manu Saul.

(a) Hoc etiam ab Eusebio mutuatus est imperitus interpres iste Latinus. MART.

(b) E margine in contextum irrepserant duo isthæc verba, « asteriscis obolus ; » quod ante nos observavit vir eruditus J.-B. Cotelerius jam supra laudatus. MART. — Addit hic Ambrosian. liber « asteriscus et obolus. »

(c) Imperitissime dicit LXX interpretes sub apostolis Scripturas Græce transtulisse, cum trecentis plus minus annis ante Christum interpretatio LXX perfecta sit. MART.

ANGELI MAII

PRÆFATIO.

Post inventum Eusebii *chronicorum* priorem librum, quem Latini veteres nunquam habuerunt, Græci jam diu desiderabant, Armenii denique orbi restituerunt, duæ tantummodo totius operis edititiones curatæ sunt, Mediolanensis videlicet atque Veneta : quæ, separatis locis studiisque factæ, haud semel inter se dissident, neutra vero vel ad unguem elimata vel perfecta est : quamquam ego Venetæ editioni, propter Armeniaci textus doctorumque scholiorum comitatum, præcipuum honorem sponte defero. Quæ cum ita se habeant, nunquam non optavi tertiam demum adornare editionem, quæ omnia superiorum conjungeret, mendis exclusis : id quod de priore præsertim libro dictum sit, qui unici codicis Armeniaci auctoritate et Græcorum fragmentorum adminiculo nititur. In posteriore autem libro longe plura adjumenta suppetunt, quibus egregium Eusebii opus ad meliorem frugem revocare licet : sunt enim in Vaticana Pontificis Maximi bibliotheca posterioris *chronicorum* libri codices plus viginti, quos inter aliquot veteres et præstantissimi. Præterea cum in Mediolanensi ac Veneta unius tantum Eusebii verba contineantur, magnum est operis detrimentum, quod permultis atque præclaris S. Hieronymi additamentis caret. Neque ipsemet Eusebii textus in prædictis editionibus, quæ ex Armeniaco codice manant, integer est atque illibatus : etenim luce meridiana clarius est, non pauca Armenium vel amanuensem vel interpretem de genuinis Eusebii fragmentis prætermisisse : quam rem Syncellus præsertim, et *chronicon paschale* (cujus nobilissimus in Vaticana bibliotheca codex est), aperte demonstrant, de quorum veluti rivulorum ab Eusebio origine nullo modo dubitari potest. Profecto Sanctus Hieronymus affirmat in præfatione, se ante Trojana tempora nihil prorsus Eusebio addidisse : et tamen Latinus *chronicorum* textus com-